

DE
SANCTORUM

NEAPOLITANAE ECCLESIAE

EPISCOPORUM CULTU

TOMUS II.

DE SANCTORUM NEAPOLITANAE ECCLESIAE EPISCOPORUM CULTU DISSERTATIO

JUSSU ET AUSPICIIS

Eminentiss. & Reverendiss.

JOSEPHI CARD. SPINELLI

ARCHIEP. NEAPOLITANI

AB ALEXIO SYMMACHO MAZOCHIO

Ejusdem Ecclesiae Canonico, Regio S. Script. Interprete

ELUCUBRATA



NEAPOLI
EX OFFICINA JOSEPHI RAYMUNDI
MDCCLIII.

AUCTORITATE PUBLICA.



DISSERTATIONIS

QVA SS. EPISCOPIS NEAPOLITANIS CVLTVS PVBLICVS VINDICATVR

PARS III. ΣΥΣΚΕΥΑΣΤΙΚΗ.

Qua complurium Sanctorum Neapol. urbis Antiſtitum disjectae hinc atque illinc notitiae colliguntur.

PARTE ſuperiore in id tantum incubui,ut plus quam XXX. noſtrae urbis Epiſcopis veterem cultûs Eccleſiaſtici poſſeſſionem aſſererem: ceteris factis ſive circumſtantiis, aut difficultatibus hiſtoricis abſtinui: quae huc reſervavi. En jam fidem oppigneratam abſolvo. Vtinam vero id in omnibus illis praeſtare liceret: quorum magnam partem jam inde ab Joannis diac. temporibus deperiiſſe hiſtorias dolemus: quas ille ſi ad manus habuiſſet, haud dubie multo pinguius nobis chronicon reliquiſſet. Ergo de quibus piſcatu aut aucupio prehendere aliquid facultas fuit, id totum lectori harum cupediarum avido apponemus; ſed ita, ut ea tantum perſequamur, quae praeterita ab aliis obſervatoribus fuerint. Nam quae jam olim aliis animadverſa fuere, ad ea digitum dumtaxat intendere ſatis fuerit. Atq; haec tertia Pars in eorum praecipue ſeptem SS. Antiſtitum gratiam ſubjicienda fuit, quos, quia hodieq. cultu Eccleſiaſtico pollent, Parte ſuperiore intactos prorſus dimiſimus. Ii ſunt *Aſpren*, *Agrippinus*, *Ephebus* (de quo ternione agetur capitibus primis tribus) adhaec *Severus*, *Pomponius*, *Joannes IV.* *Athanaſius*. Qui quatuor ſuo quique loco, quem iis temporum ratio vindicat, in publicum producentur.

C A P V T I.

De S. ASPRENE primo Neap. Antistite.

S E C T I O I.

De hujus paucis antiquioribus monumentis.

§. I. *De memoriis deperditis.*

DE Asprene facilius est, quas opes amiserimus, quam quib. nunc affluamus, ostendere. Exstitisse enim olim Graecas inscriptiones, quae de S. Petri Neapolitano adventu, ac de S. Asprene docerent, quae postea Gothicis temporibus disjectae perierint, memorat ex Caroli I. Regesto Chioccarellus: cujus locum inferne (1) reperies. Verum quid ea jactura frustra deploratur? Quin age potius superstites ex naufragio tabulas colligamus.

§. II.

(1) Barth. Chioccarellus in S. Asprene pag. 15. sic refert. *Irrefragabile testimonium de his omnibus perhibetur in Regesto quodam, Caroli I. Neap. Regis jussu ad futuram posteris memoriam tradendam confecto, quod in Regiae Siclae archivo asservabatur, in quo bona omnia, privilegia, jura, dignitates ac census Ecclesiarum Neap. urbis ac totius Terrae Laboris.. continebatur: ubi cum de S. Petri ad Aram Basilica agitur, Petri Apost. in Civitatem Neap. adventus distincte recensetur, atque de Missae sacrificio, quod inibi Petrus, ASPREN, CANDIDA, aliisque praesentibus obtulit; & de sancti ASPREN EPISCOPI INSTITVTIONE abunde agitur; & in dextero Altaris cornu ejusdem basilicae ad posteror. memoriam Graecis litteris in marmore sculptam inscriptionem ea omnia probantem appositam testatur: quam tunc quoque exstare ait; aliamque prius vetustiorem appositam in campanilis pariete marmoream inscriptionem, quae a Gothorum exercitu.. ereptam confractamque affirmat. Quod quidem Regestum Ladislaus Rex pietatis ac religionis affectu commotus, describi & in publicam formam redigi jussit die 29. Novemb. 1409. in Capuano* (rectius *Capuanae*) *Castro, adstantibus ipso Rege atque Joanna ejus sorore ac innumeris ejus Regni proceribus. Ejus Regesti exemplum apud eam Ecclesiam asservatur.* At hujus notitiae (praesertim de Graeca epigraphe Gothicis bellis disjecta) fides sit penes auctores. Cur Chioccarellus Regesti a Ladislao confecti exemplum in S. Petri ad Aram asservatum non inseruit? Facile fuisset, siqua suberat fraus, detegere.

§.II. *Ex Fastis marmoreis, ex Joanne diac. Blanchiniq. Laterculo, & ex vita longiore Athanasii testimonia. Quid in his certi, quid incerti sit: de Asprene per Apostolum Petrum ordinato discordes sententiae conciliantur.*

I. NIHIL ergo nunc restat Kalendario marmoreo vetustius: in quo die III. Augusti signatur DEP. ASPREN EPI. i. e. *Depositio Aspren Episcopi.* Hinc vides, jam inde a IX. saeculo Asprenis *Depositionem* in eum, quo hodieque, diem incidisse.

II. Mox exeunte eod. saeculo Joannes diac. chronici initio de Asprene cui Pontificum ducatum tribuit, haec tantum habet: ASPREN (aliter, at non recte (2) ASPRENAS) *Episcopus fuit amator pauperum, & tan-*

[2] *De vera hujus Episcopi nominis scriptura.*

Apud omnes antiquos *Aspren* duabus syllabis legitur, & sic per omnes casus, quasi si nomen ἄκλιτον [*indeclinabile*] fuerit. Sic legitur in Fastis marmoreis: sic in Joanne diac. (non *Asprenas*, uti mox videbimus] sic in Blanchini laterculo, in longiore vita Athanasii, in lectionib. antiquis, ceterisq. posteriorib. actis: uno Alberico excepto. In quo nova declinandi ratio invenitur: recto casu modo *Aspren*, modo *Aspres*: gen. *Aspres*: accus. *Aspren*: abl. *Aspre*. Verum hujus auctoritas nauci non est. Etiam Rom. Mrologium tritam scribendi rationem sequitur his verbis: *Neapoli in Campania sancti ASPREN Episcopi, qui a S. Petro Apost. ab infirmitate curatus, & deinde baptizatus, ejusdem civitatis Episcopus ordinatus fuit.* A quonam ordinatus, caute tacetur.

Atqui in adnotatis ad hunc locum Baronius, etsi duab. syllabis scriptum nomen, tamen Romanum putavit, quasi ab *Asprenas* contractum; ubi plura indicat de claris *Asprenatibus* scriptorum loca. Haec sane Baroniana accipio: quae his superstruit Caracciolus, non item. Nam cui bono in eo se excruciat, ut ostendat, *Asprenas* non fuisse nomen, sed cognomen? Esto: fuerit primitus alicujus gentis cognomen. At plura cognomina postmodum in nomina transiere, uti *Maecenas* & alia sexcenta. Deinde quod vetat *Aspren* disyllabum usurpari, jubetq. terminatione Latina aut *Asprenas* aut *Asprenus* dici: id nemo probaverit, qui sciat nomina Latinà plurima in EN cadere. Itaque quod hic S. Episcopus recto casu *Aspren* vocaretur, habuit id cum pluribus Latinis Graecisq. vocib. commune: quod vero per casus

tantae beatitudinis, ut omnem hominem a majore usque ad minimum libenter exciperet, & per Dominici talenti acceptionem populos ad viam salutis quotidie evocaret. Quod elogium non alio pertinet, quam ad gentilium multitudinem Christo acquisitam. Eo spectat illud: *Populos ad viam salutis EVOCARET*. Nam longe aliud est *Evocare* ac *Revocare*. Gentiles ad Christi caulam *evocantur*: at Christiani lapsi, quasi transfugae, *revocantur*. Eodem illud refer de successore Epitimito: *Prioris exempla sequens, distributo talenti munere, cum lucro Domino consignavit*: quo significat, quot ille Christo tum primum lucrifecerit. In Agrippino autem declarat apertius, quam in partem petitas ex Evangelicorum talentorum parabo-

casus non inclinaretur, id peculiare barbarorum saeculor. fuit; nec enim exempla priorum temporum [quibus fortasse id nomen casus suos in ENIS flectebat] suppetunt, sed tantum noni ac sequentium saeculorum quibus jam declinari desiverat.

Venio ad Joannis diac. scriptionem, quam ad ultimum reservavi mihi. Ajo hunc chronographum non aliter quam duabus admodum syllabis scripsisse cum antiquis omnibus. Ac re vera ASPREN disyllabum ex Joanne diac. recitant Chioccarellus, & Ant. Caracciolus: nec aliter quam ASPREN [eisi casu patrio] Baronius intulerat in Mrologium: qui quamvis id contractum ex *Asprenas* conjecerit, tamen Joannei chronici scriptionem haud sibi contemnendam putavit. Nec nisi primus omnium Muratorius trisyllabum ASPRENAS in sua editione exhibuit. At is exemplum chronici ab Eustachio Caracciolo accepit: a quo putaverim τὸ *Aspren* in Romanum *Asprenas* fuisse mutatum, aut sic certe in suo apographo fuisse repertum.

Verum quid moror? In vetustissimo Joannis diac. codice Vaticano ASPREN, non vero *Asprenas* haud dubie legi, testatur Guil. Cuperus Bollandista in S. Asprene pag. 205. num. 36. cujus orthographiae se ab ejus codicis inspectoribus certiorem fuisse factum. Itaque quod supra pag. 19. Adnot. 11. ab Joanne tribus syllabis id nomen scriptum dixi, in eo mihi editio Muratoriana imposuit; idque adeo nunc revoco.

rabola locutiones acceperit: *Plurimam AVXIT Domino TVRBAM CREDENTIVM, & gremio Sanctae Matris Ecclesiae* (tunc primum) *collocavit. Vnde merito audire meruit: Euge serve bone* &c.

III. Joannem chronographum excepit X. saeculo chronographus alter Episcoporum nostrorum a doctissimo Franc. Blanchino editus [quem sup. Par. I. cap. I. recudimus] multo ille quidem brevior: verum in hoc amplior, quod etiam priorum Episcoporum tempora cum Imperatorum & Romanorum Pontificum aetatibus nectere [quod Joannes in prioribus neglexerat] pensi habuit. Itaque de Asprene [quem item signiferum nostrorum Antistitum facit] haec tantum prodidit: *Aspren Episcopus sedit annos XXIII. Fuit temporibus Clementis, Anacliti, Evaristi, Alexandri Papae, & Trajani & Adriani Imperatoribus*. Quid hinc arguatur, infra dicam.

IV. Postremo Anonymus vitae Athanasianae scriptor in prologo haec de Neapoli habet: *Non solum a Constantino piissimo Principe, primo Augustorum Christianissimo, sed plures ante annos Christiana inibi religio floruit. Siquidem beatissimus PETRVS Apostolorum princeps ASPREN sanctissimum ibi ORDINAVIT EPISCOPVM*.

Atque hic Athanasianae vitae auctor invenitur primus qui scripserit, S. Asprenem ab Apostolo Petro fuisse ordinatum Episcopum. Nam cetera monumenta omnia, in quibus id legitur (de quibus sectione seq. agam) omnia aut posteriora vitae Athanasianae scriptore sunt, aut summum ejusdem plane saeculi: quod alterum eo dixi, quod sunt quaedam S. Asprenis Acta quae mihi videntur eod.

saeculo, quo vita Athanasii, fuisse composita: in quibus Actis Aspren a S. Petro Episcopus consecratus aperte narratur. Ac de his Actis sect. seq. dicam. Nunc scire interest ecquo tempore scripta fuerit vita S. Athanasii. Equidem in Differt. de Eccles. Neap. semper unica (Par. I. pag. 36. Adnot. 29.) ex minime dubiis argumentis ostendi, eam haud citius XI. saeculo fuisse compositam.

Ergo in Asprenis historia duo rei gestae capita inter se accurate esse distinguenda censeo. I. Nam quod Aspren primus omnium in cathedra Neap. sederit, id quidem extra omnem dubitationis aleam poni debet; quia tum Joanneus tum etiam Blanchinianus catalogus ab Asprene, tamquam Pontificum nostrorum signifero, incipit: idemque oportuit & in antiquioribus monumentis, ex quibus hi prodiere catalogi, scriptum fuisse. II. At vero quod Aspren ab ipso Apostolo Petro consecrationem episcopalem acceperit, ejusce vero rei haud exstat antiquius monumentum scriptore Athanasianae vitae: cujus tamen auctoritatem adeo non defugio, ut etiam ejus defendendae probabilem rationem egomet invenerim, quam infra exponam.

Ergo ante XI. saeculum, uti dixi, haud facile scriptum reperitur, a Petro ipso Asprenem fuisse ordinatum Episcopum. Nam auctor Blanchiniani catalogi nec S. Petri nec Lini episcopatui Asprenis cathedram aequalem facit, sed Clementis & sequentium aliquot Pontificum temporibus.

Ac ne Joannes quidem diaconus Asprenem Clemente antiquiorem fecit. Qui scis? inquis. Id certo suadetur ex hujus chronographi historicis προλε-
γο-

γομένοις, quae in ima (3) ora lectori adumbramus. Ibi postquam seriem Imperatorum usque ad Romanam Petri profectionem, nec non Romae Episcoporum

Bb 2 usque

(3) *De prolegomenis Joanneo catalogo Episcoporum praemissis. Ea prolegomena haud mutila, (nisi tantum paucissimis voculis) ad nos pervenisse.*

Ea prolegomena sic auctori procedunt. I. Principio exponit, quo anno Christus Dom. in mundum advenerit. II. Seriem Imperatorum recenset usque ad Claudium: certe ut ad Petri Romanam profectionem sibi viam sternat, quae sub Claudio contigit. III. Narrato Petri Romam adventu & ejusdem Romanâ Cathedra (ubi & per occasionem de Jacobi episcopatu Hierosolymitano, & Marci Alexandrino differit) Petri successores Linum, Cletum atque Clementem subnectit, horumque cathedras cum Imperatorum temporibus comparat; nisi quod in Clemente (ultimo Pontificum ab Joanne recensitorum) comparatio cum Imperatoribus mutila prorsus est. Sic enim de Clemente narrat: *Clemens sedit ann. IX. mens. II. dies X. Fuit autem* . . . Nam cetera de Clemente desunt, nim. hujusmodi: *Temporibus Nervae, & Trajani:* ac siquid forte aliud adjicere in mentem venit. Nec refert quod accuratiores chronologi Clementem ad Trajani tempora pervenisse negent; nec enim in his nostris auctoribus restituendis, quid verum sit, sed quid scribere debuerint, ut sibi constarent, quaerimus. Nam qui Cletum cum Tito & Domitiano connexuerat, consequens fuit, ut successorem Clementem cum Nerva & Trajano copularet. IV. His praemissis, tandem de Episcopis Neapolitanis sic incipit: I. *Aspren Episcopus* &c.

Quae cum ita sint; quae mens, rogo, Levitae Joanni fuit, nisi ut ostenderet Asprenis cathedram non nisi sub Clementis Papae episcopatu primum fuisse inchoatam? Id vero, eo certius est, quod haec tota chronologia cum Blanchiniano catalogo examussim cohaeret: in quo Asprenis Episcopatus sub S. Clemente & successoribus constituitur.

Facessat ergo illa Muratorii expostulatio, conquerentis, post recitata illa Diaconi verba, *Fuit autem* . . . integrum chartae *foliolum* sive *paginas duas deesse*, antequam scil. ad Asprenem veniretur: in eo vero foliolo videri narratum fuisse, quis Neapolim Christi religionem invexerit, quis Rom. Pontifex urbi nostrae Episcopum dederit. Ne credas. Nam sicuti in Blanchini catalogo Clemens Asprenem Episcopum ordinavit; idem prorsus etiam Joannes diac. sensit atque optime significavit, ubi a Clemente ad Asprenem sibi gradum paravit.

usque ad Clementem exhibuisset; statim catalogum Episcoporum nostrorum orditur his verbis: *I. ASPREN Episcopus* &c. Quae textus Joannei οἰκονομία (*dispositio*) plane evincit, chronographo huic haud minus ac Blanchiniani laterculi auctori, fuisse persuasissimum, Asprenis episcopatum non fuisse S. Clemente Papa antiquiorem.

Nec me fugit, quid Bollandista Guil. Cuperus (qui haec ultimus attigit) ad diem III. Augusti in S. Asprene excogitarit, ut nostro Antistiti ab ipso Petro manus impositas tueretur. Nempe cum scitum sit, hunc Apostolorum principem non ita affixum haesisse Romae, quin plures diversis temporibus peregrinationes susciperet ad fundandas ubique locorum Ecclesias; hinc Cuperus pag. 211. num. 77. tandem concludit, in aliqua expeditionum istarum Petrum Neapolim divertisse, ibique Asprenem Episcopum ordinasse: id vero sive anno LIV. sive LVII. sive LIX. suâ sententia contigisse. Verum bona cum viri docti venia, si ita se res habuisset; cur a Blanchiniano chronographo inter Rom. Pontifices nostro Aspreni aequales Clemens omnium recensetur primus? cur Petrus ac Linus ab eod. omittuntur? Contra vero cur Joannes diac. antequam de Asprene ordiatur, Romae Episcopos ad Clementem usque praemittit, nisi quia ab hoc Clemente Asprenem fuisse consecratum Episcopum persuasum habuisset?

At enim, si ita sit, inquies, jam Ecclesiasticae Neapol. historiae fundamenta penitus convellentur. Minime id vero, inquam. Nam (ut omittam, quod familiare fuit Petro ipsi tribuere, quidquid ejus suc-

cef-

cessores fecissent: de quo videantur apud (4) Tillemontium exempla) ordinatum a Petro ipso Asprenem & ipse fateor; non Episcopum tamen, sed Presbyterum : qui quidem ad pusillum Christianorum gregem a Petro conversum qua verbo Dei qua Divinis Sacramentis enutriendum tunc satis esset. Nec enim primo Petri Neapolitano adventu credentium turbam copiosiorem fuisse arbitror, quam ut presbyteri unius ductu regi posset. At postquam Asprène *per Dominici talenti acceptionem* (uti chronographus Joan. loquitur) *populos ad viam salutis quotidie evocante*, crevit turba credentium; tum enim vero Pontifice opus fuit, qui in vicinis pagis & oppidis alios presbyteros ordinaret. Hanc vero Episcopalem Asprenis ordinationem sub S. Clemente contigisse, Joanneus & Blanchinianus catalogus aperte ostendunt. Nec illud te conturbet, quod vita Athanasiana & postea secutae scriptorum Neap. historiae, Asprenem EPISCOPVM A PETRO ORDINATVM, non vero Presbyterum, diserte narrent. Nam quia primis duobus Ecclesiae saeculis *Presbyterorum* & *Episcoporum* vocabula non semper satis aperte distinguebantur; hinc oblata est posteris errandi occasio, ita ut quosdam pro Episcopis haberent, qui tantum Presbyterii honore decorati fuissent. Itaque ut ad Kalend. marmor. animadvertimus, S. Anthimus Sabinorum Episcopus est habitus, qui Presbyter tantum exstiterit. At Aspren utrumque fuit, verum diversis temporibus: cui quidem a Petro

(4) Videatur Tillemontius in eorum Episcoporum historia, quos a S. Petro missos in Gallias vulgo ferunt: quos tamen a Petri successoribus missos tuetur: quod usitato sermone tantumdem est, ac si a Petri cathedra illuc destinati dicantur.

tro ad Presbyterii munus, a Clemente ad Episcopalem Cathedram impositas fuisse manus, verisimile arbitror: si quidem diffidentes antiquorum sententias cogere in amicitiam cupimus.

SECTIO II.

Diffusiora Asprenis Acta discutiuntur. I. Exhibentur omnium antiquissima, scripta in usum Ecclesiastici cursus. II. Horum latior paraphrasis ab Alberico elucubrata. III. Narratio chronici S. M. de Principio. IV. Quam Villanus de Latino in patrium sermonem transfudit.

§. I. *De Antiquioribus ac brevioribus Actis.*

PRIMA ac fons ceterarum historiarum ea est scriptio, quam in bibliothecis uno tenore perscriptam reperit Chioccarellus, & ex iis erutam exhibuit in suo chronico in S. Asprene. At eadem in Mss. Officiis in novem distributa Lectiones occurrit; ex quibus eruta reperitur in libello Officiorum sanctorum hujus urbis Patronorum, edito Neapoli anno 1525. Hanc historiolam non invitus feci, ut inferne (5) non sine notularum sparsione exhiberem, ut-

(5) *S. ASPRENIS brevior historia ex Chioccarelli Ms. & ex antiquis lectionariis Ecclesiae Neap. libris. Lectionib. singulis, ubi opus, brevissima adnotata subjiciuntur, uncis inclusa.*

Lect. I. „ Princeps Apostolorum Simon Petrus, Antiochen„ si fundata Ecclesia, Romam accedens, ad moenia urbis Nea„ politanae transeundo pervenit: ubi longo fatigatus itinere, quie„ scens paululum, quandam mulierculam senem transire conspe„ xit. Sciscitatur ab ea de civitatis statu, de civium habitu, de „ forma morum, de qualitatibus animorum, quae eis vita, quae „ leges, quae legum caerimoniae, quae in Deitatis cultura devo„ tio, quae in pietate religio eis inesset, &, si alicujus novae „ se-

, sectae ratio inconvincibilis innotesceret eis, si proni fierent , ac mobiles susceptores.

[De Neapolitano Petri adventu & praedicatione non exstat monumentum antiquius his actis, & longiore Athanasii vita: a quibus posteriores scriptores haec eadem hauserunt, & circumstantiis auxerunt. Vetulae nomen hic non proditur, ne ab Alberico quidem. At demum chronographus S. Mariae de Princ. ei Candidae nomen imposuit, omnium primus.]

Lect. II., De sua quoque conditione, quo instigante matu-, ret ad Urbem, mulierculae narravit eidem, quae nova ferat, , quae invisa, quae inaudita & felicia modernis tunc tempori-, bus emerserint, evangelizans Christum seriatim adaperit. Et , quomodo propter transgressionem primi parentis homine in , captivitatem diaboli dedito, Deus de Virgine nascens factus , est homo, ut disruptis vinculis servitutis, erroris humani la-, queos solveret: signa, & prodigia Christi, visa per eum, nar-, rans eidem. Ad quod dictum Petri vetula silentium rumpens , ait: Tenebo certa, & credam indubia, si ejus quem tantis , effers praeconiis nomine invocato, solutis doloribus meis ple-, ne mihi fuerit sospitas restituta.

, Lect. III., Tunc Petrus Christi nomine invocato, inquit: , Tibi, qui hanc crucias vetulam, impie morbe pestifer, effuge, , evanesce, & evacuare in nihilum, illius nomini dans hono-, rem, cui est cum Patre & vivifico Flamine par virtus, ae-, qualis honor, gloria concors, majestas eadem per omnia sae-, cula saeculorum. Cumque Christicolae Petri secuti vestigia ab , Antiochenis finibus respondissent, Amen; vetula protinus est , sanata, & miratur tam repente sese tam subito innovatam & , alteram factam ex altera. Credidit mulier, & regenerantis , liquoris baptismi rore perfunditur salutari. Et dicit mulier , Petro: Habeo amicissimum quemdam nomine Aspren atrocis-, simo morbo quassatum, hominem benignum, pium, mode-, stum, sobrium, & religiosum (si in gentilitate esse vel dici , religio quomodolibet potest) qui si sanari per te poterit, fi-, dem, quam praedicas, statim recipiet, ejusque assertor ido-, neus, defensor robustus, & propugnator exsistet.

[Hic quidem insolitam illam ad morbum apostrophen (in qua miris modis lusere scriptores posteriores) missam facio, utpote ex ingenio scriptoris profectam. At illud mihi difficultatem parit, quod femina eâ lege se credituram spondet, modo se prius persanatam senserit; & quod Petrus ingenio mulieris in eo sit obsecutus. Quod mihi videtur insolens. Imo contra (quantum quidem ex actis S. Sebastiani, & ex aliis probatis discimus; imo & ex Evangelio Matt. VIII. 13. Mar. IX. 22. 23. Luc. VIII. 50.

50. Joann. IX..35. 36. 38. & alibi) primum omnium solida in Christum fides, imo & plerumque baptismi perceptio exigebatur: quam postmodum statim sanitas consequebatur. Verum istae parum verisimiles circumstantiae, quas imperita multitudo processu temporis excogitavit, rerum gestarum summae fraudi esse non debent.]

, Lect. IV., Tunc Petrus vetulae dixit: Vade propere, & , manu apprehensa Aspren, dicas ei: Petrus Jesu Christi in Ju- , daea crucifixi discipulus mandat tibi, ut aegritudine vane- , scente ad sanitatem pristinam continuo reformeris. Et veniens , mulier ad Aspren, vix praecepta Petri complens, e vestigio , est sanatus. Confestim surgit Aspren, oblitusque tunicae, so- , lum pallium induit. Ad Simonem tandem venit, & humi , prostratus, Petri pedes osculatus est. Aperit os suum Petrus, , catechizat Aspren, & baptizat, & de Christianae religionis , doctrina informat, coepitque Aspren magistri sui cooperator , esse & ad clamationem nominis Salvatoris signa & prodigia , facere, caecos illuminare, claudos consolidare, aliosque infir- , mos & debiles confortare.

[Quod Aspreni urbem Graecanicam incolenti tunicam & pallium, non Romana indumenta tribuit, id non praeter τὸ πρέπον (*decorum*) facit. Ceterae rei gestae circumstantiae neminem conturbent: in quibus siquid praeter morem, id potest credulae aetatis istius levitati acceptum referri.]

, Lect. V., Conquisita Neapoli Christo Domino, Romam , Petrus ire decrevit: sed ad preces Neapolitanae plebis Apo- , stolus Aspren Neapolitanum praesulem consecravit. Qui ad , pontificii provectus apicem, verbo doctrinae invigilare coepit , instantius, praedicationi insistere, & usque ad mortem oppor- , tune & importune, constantissime, indeficiens atque infati- , gabilis praedicavit. Obiit autem senex, plenus dierum, & o- , peribus virtuosis tertio nonas Augusti, miraculis coruscando.

[Asprenem ab ipso Petro fuisse consecratum (quod primum omnium hic, & in vita Athanasii longiore legitur) quam in partem sit accipiendum, dictum fuit Sect. superiore.]

Lect. VI., In Neapolitana siquidem urbe &c. [Totam hanc Lectionem VI. qua primum Asprenis miraculum describitur, reperies infra sect. III. a me recitatam. Nam cui bono eam bis adscribere?]

, Lect. VII. In urbe Romana afflictus quidam diversis ca- , pitis longis languoribus torquebatur aegritudine vehementer, , nunc supinus cubabat, nunc pronus, nunc in laevum, nunc , in latus dextrum volvebatur. Magna Aspren merita recorda-

tur,

utpote non prorsus ineptam, quaeque videatur, si non IV. saeculo, quod quidam (*) censuerunt, at certe XI. saeculo (quo & S. Athanasii vita longior) prodiisse; quippe cum aperta *Stephaniae* mentio in ea fiat: quae Ecclesia duodecimo, ac multo magis secutis

, tur, & indesinenter pro suae relevatione salutis ipsum Neapolitanum praesulem precabatur. Inclinat Christus Dominus aurem ad Aspren sui vocem, ipsumque aegrotantem restituit sanitati. Sanatus Sancti Praesulis basilicam protinus adiit, atque in ea dominatori in praesule, & praesuli in dominatore libavit victimas gratiarum.

, Lect. VIII. Quidam Sergius nomine, dolore iliaco tortus diutius, almifici Aspren Ecclesiae adiit limina, & paulo post ad domum suam; restitutâ plenissimâ est sospitate regressus. Alius quidam Sergius ejusdem morbi afflictus angustiis, cum remedia invenire non posset, convertit se tota fide ad Sancti Aspren suffragia expetenda, & ad frequentem clamationem aegroti, languore dimisso, sanus integre est effectus.

(Sergius hic alter cognomento *Caphatina* Alberico dicitur.)

, Lect. IX. Multis quoque miraculis Aspren Praesul sanctissimus claruit. Ideoque praesentis diei devotionis debitâ reverentiâ digna annua excolamus solemnia, ut ipsius gloriosi Confessoris intercessionibus sedulis ad caelestia festa perennia pervenire possimus, praestante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat Deus benedictus in saecula saeculorum. Amen. „

Haec sunt simpliciora ac breviora S. Asprenis acta: quae quo pacto miris postea modis adulterata fuerint, infra hac eadem sect. & seq. declarabimus.

(*) Barth. Chioccarellus in Acta, quae modo Adnot. 5. dedimus, proloquens, ait: *Quae* (vita) *conscripta videtur, si conjecturae locus est, paullo post Sylvestri Papae & Constantini Aug. tempora*. De Chioccarelli aevo parum miror: at fuisse hoc ipso tempore qui idem ei senium vindicaverit, id vero miror. Quasi vero IV. saeculo exstiterit Stephanus aliquis *Stephaniae* auctor. Quid moror? Vitae Athanasii longae haec Asprenis Acta parem aut supparem aetatem habent. Utrobique enim Aspren ab ipso Petro ordinatus Episcopus dicitur (qui ante XI. saeculum sub Clemente primum factus Episcopus credebatur) utrobiq. fit *Stephaniae* mentio: quae post id tempus sic appellari desivit. Quid si tum Athanasii tum & Asprenis vitam unus idemq. elucubraverit? Sed nolo conjecturis vela dare.

temporibus non amplius Stephania vocabatur, sed five *Neapolitana*, five *Major Ecclesia*, aut *Major Neap. Ecclesia*, aut *S. Januarii basilica*. Nec moror, quod posteriora Asprenis acta in conjugum improlium narratione eodem *Stephaniae* vocabulo utantur; quia palam est, eam narrationem totam ex antiquioribus hisce fluxisse in Acta posteriora..

§. II. *De Alberici paraphrasi superiorum Actorum.*

ALBERICI nomen tritum XI. & XII. saeculo fuit. Post medietatem XI. saeculi Albericus Casinensis monachus, & Card. Diac. claruit, cujus plurima scripta exstant. Alter seq. saeculo item Casinensis Albericus librum de *Visione sua* (quem anno superiore manu exaratum legi) ferme ad eam effigiem solutâ oratione scripsit, quam facile mox Dantes Aligerius est imitatus in ea, quam *Comoediam* vocant. Albericus alius in Monasterio Trium Fontium chronicon Ms. ad annum usq. 1242. perduxit. Sed & quidam alii Alberici in Glossario Fresnii in indice Auctorum memorantur: qui tamen eum, de quo sum locuturus, Ughelli errore typographico falsus, *Alberium* vocavit, qui re vera *Albericus* fuit: quo modo a Chioccarello, & aliis dicitur.

Tempus scripti ab hoc auctore commentarii de S. Asprene ex prologo elicitur, quo Petrum Archiep. Neap. alloquitur. Is vero *Petrus de Surrento* dictus fuit: qui anno circiter 1216. electus, ac pluribus post annis consecratus, circ. ann. 1251. e vivis excessit. Hoc igitur hortante, animum appulit ad S. Asprenis, quae reperit, Acta incrustanda potius quam illustranda. Quid porro praestiterit, satius est ex ipsomet

met (*6*) discere, quam hanc paginam nihil tale commeritam ineptissimis auctoris hujus ornamentis commaculare. Verum fatendum est, huic non tam ingenium quam judicium defuisse, & in ea tempora incidisse, quibus qui sic scriberent, tum demum sperarent mirifice sese esse locutos.

§. III.

Chronographi S. M. de Principio narrationes de Petri Neapolitano adventu & Asprenis episcopatu.

BREVI post Albericum intervallo secutus est vetus S. Mariae de Principio chronographus: qui (ut ostendi in Differt. de Neap. cathedrali unicâ pag. *66.*) post ejusdem saec. XIII. medietatem suum contexuit chronicon: quod a Petri Neapolitana praedicatione, S. Candidae baptismo, atque Asprenis pontificatu orditur. Et nunc quidem chronicon illud vetustius, de quo loquor (quod quidem in Capituli tabulario asservabatur) amisimus: cu-

(*6*) *Albericianae S. Asprenis historiae conspectus.*

Alberici opusculum istud nemo alius praeter Vghellum edidit in Neapol. Episcopis. Proinde cum aliquid ex eo cito, ad Venetam Vghelli editionem citationes refero.

Ac primum quas sibi partes Petrus Archiep. imposuerit, sic ipse Albericus in prologo exponit: *Imperas... quatenus quae de hoc Sancto viro breviter, & inculto corruptoque sermone in tomo chartae mihi exarata dedisti* (acta antiquiora quae Adnot. superiore exhibuimus, intelligit) *stylo diffusiori atque excultiori prosequi curem . . . ut ad novem competentis magnitudinis lectiones* (nam superiora acta divisa quidem in Lectiones novem fuerant, sed breviores quam pro more saeculi illius: ideo *compet. magn.* ait) *ea possint sufficere*. Interim Actorum priorum simplicitatem vocat *incultum corruptumq. sermonem*. At Albericiana isthaec qui legerit, mirum si cachinnum tenere possit: tantis a summo ad imum redundant phaleris ineptissimis & nugacissimis.

Prope prologi finem: *Tuis itaque, Pater octies beatissime, jussionibus obsecundans, eorum qui declamatorie in Ecclesia plebem al-*

alloqui consueverunt, *nitor exsequi morem*. Habes igitur in Alberico specimen ſtyli concionatorii temporis illius: de quo infra dicam. Mox: *Et quia SYNONYMA laudibus praeconiisve alludunt... Joannem illum ore-aureum aemulans.. per SYNONYMA laudes decrevi ſancti Praeſulis texere* (ac re vera perpetuam in Alberico *συνωνυμίαν* regnare videas) *& per exornationem illam*, *quam EXPOLITIONEM rhetores nuncupant*, *quae pauca admodum ſunt* (in) *plura extendere*. Quid porro *Expolitionem* Albericus nuncupat? nempe eam quam Graeci *ἐξεργασίαν*, aut *ἐπεξεργασίαν*, ſed Auctor ad Herennium *Expolitionem* vocavit: quae tum fit cum eadem ſententia verbis *ἰσοδυναμούσιν* (*aequipollentibus*) variatur. Ergo quod in verbis ſingularibus *Synonymia*, hoc in conjunctis *Expolitio* nuncupatur. Itaque ſicuti propoſuit, haud ſecus exſequitur. Nam praeter ſynonymorum luxuriem, etiam infinitam Expolitionum redundantiam in eo ad nauſeam uſque reperias. Ut col. 21. ante litteram D. *Cujus viribus roborati*, *fulti dextera*, *freti potentia*.. Et col. 23. ver. 1. *In temporis atomo*, *& in palpebrae motu*. Abſtineo exemplis aliis. Et quia in prologo ſe non tam hiſtoricum quam rhetorem profitetur, nihil non troporum ac ſchematum adhibuit, ac praecipue *ἐπάνοδον* ſeu *χιασὸν* perpetuum atque ridiculum: de quo mox dicam. Tantae profecto molis apud hunc noſtrum fuit, novem veteres lectiones ex brevibus ac macilentis pinguiores efficere. Verum ſua hunc rhetorem ſpes feſellit. Nam veteres illae ſimpliciores ac breviores lectiones ſuo ſemper gradu ſteterunt, nec unquam, quod equidem ſciam, per iſtas Albericianas loco ſuo dejectae fuerunt. Itaque in officior. libello, edito Neapoli anno 1525 adhuc illae veteres leguntur, quas Adnot. ſuperiore poſui.

Jam vero quandoquidem Albericianae dictionis, ſimulque ſacrarum concionum ſui temporis, quas ſe imitaturum promiſit (quanto cum hiſtoricae accurationis emolumento, alii viderint) ſpecimen exhibere coepimus; nefas eſt figuram illam Alberico prae aliis dilectiſſimam praetermittere, quae illi eſt ab initio ad calcem perpetua, ad quam unam ſeſe videtur exercuiſſe. Ea vero eſt, quam antiqui & *ἀντιμεταβολὴν*, & *διάλληλον* & *χιασὸν* vocarunt; cum verba in inciſo poſteriore reciprocantur, ac veluti *χιάζονται* (*decuſſantur*) cujus figurae exempla ex ipſo Alberico petam. In prologo col. 20. v. 7. *Inſtanti importunitate*, *importunaque inſtantia*. Ibid. in B. *Recolendo excolit*, *& excolendo recolit natalitia*. Ibid. in C. *Omnipotenti clementia*, *& clementi omnipotentia*. Deinde in ipſa hiſtoria nullus eſt verſus, qui iſtiuſmodi gemmis praeclaris non rutilet.

Poſtremo nullum verborum aut ſententiarum ſchema ſibi intactum reliquit, exhauſit omnia rhetorum *μυροθήκια*: nempe

ut

cujus loco anno 1533. excerpta quaedam chronici prioris eleganti charactere descripta fuere, quae etiam

ut pro simplicitate historica sese nobis concionatorem jactabundum ostenderet. Hoc enim se fuisse conatum, ipse praefatur in prologo. Ex quo intelligimus, pulchre consuluisse Vghellum posteritati: qui cum neminem reperisset unum, qui hoc opusculum edere sustinuisset; tamen edidit. Edidit autem, mihi crede (nec enim aliter Vghelli factum interpretari debeo) non ut ad historicae castitatis effigiem, sed ut instar esset sacrarum XIII. saeculi concionum: quarum indolem atque ingenium hinc metiamur licebit; sicuti & illud quoque intelligimus, saeculo Albericiano sacros oratores adhuc Latine concionatos.

Jam quidem plane finieram, cum ecce illud sese offert de Apost. Petro, ubi Candidae κεφαλαλγίας his maxime verbis increpat: *Imperiali tibi.. morbe pestifer, praeceptione edico, effuge evanesce, dissolvere, & evacuare in nihilum*. Hactenus quaedam ex prioribus Actis imitatus, plura postea de suo minitatur. Sed recreant, quae mox consecuta dicit: *Ecce sospitas ab arce poli volatu perniciore demissa, muliebris verticis ingressa penetrale, languoris pestem omnem herili jussione eliminavit*. Et quae plura ibidem oestro poetico incitatus canit. Nec Asprenis sanatio poetico lusu caret. *Ecce subito sanitatis adventum morbus* (ille Asprenis) *atrox persentiens, ministras furias conquiescere jussit; & ea* (sanitate) *per alteram ingressa januam, ipse* (morbus) *per alteram* (per posticum scil.) *egressus, clandestino motu in volucrem* (facile vespertilionem aut strigem, ut arbitror) *transformatus aufugit*. Frustra sim, si pulcherrima quaeque deflorare inde satagam, ubi peraeque omnia talibus elegantiis fluunt.

Ingratus vero sim, nisi tam multa de nobis commerito, aliquam referre gratiam coner. Col. 21. versu sexto ante finem, ubi de Petri appulsu Neapolim, sic editum fuit. *Dum se* (Petrus) *in loco, cui ad aduam incolae fecere nomen, exhiberet residentem*. Pro *ad Aduam* lege *ad Aram*; id enim loco illi nomen fuisse, historicus ille alter (Alberico deterior: cujus notitiam infra §. seq. habes) tradit apud Chioccarellum pag. 11. in fine. Ibi v. 2. *Qui nunc dicitur, ARA VETERE*, eo quod ibi a gentibus sacrificabatur. At postea inditum loco nomen ARA PETRI, vel *Petrus ad Aram*, ex Missa ibi a Petro celebrata, docet. Clarius enim scripsit v. penult. *Quievit in loco, ubi Ara Petri nunc temporis nominatur*. Col. 22. v. 6. *Quam majestant ibi praelati, quam obsecundantes subditi*. Hujus scriptoris aevo *majestas* etiam praelatis tribuebatur (vide Fresnium) unde insolens verbum *Majesto*. Sed jam manum de tabula.

etiam nunc in archivo Capituli custodiuntur. Sed recte est, quod pars tota chronici vetustioris, quae ad Petri adventum, ad Candidam & Asprenem pertinebat, ea integra in Excerpta anni 1533. transfusa fuerit. Idq. ex indicio Chioccarelli deprehenditur: qui in S. Asprene pag. 11. post medium, historiam Petri, & Asprenis affert: quam *characteribus Langobardis scriptam, in Canonicorum Cathedralis Ecclesiae archivo* suo tempore asservatam testatur: quae quidem ibi edita a Chioccarello historia cum ea, quae initio Excerptorum modo laudatorum exstat, per omnia (7) consentit. Quod argumento est, ex illo antiquiore chronico plura quidem intercidisse (quae tamen ipsa in patrium idioma conversa Joann. Villanus servavit) at de Neapolitano Petri adventu, & Asprenis gestis nihil admodum in Excerptis anni 1533. deperiisse.

Hanc porro chronographi S. M. de Princ. historiolam quo minus huc adscribam, tum illud facit, quod integram lector in Chioccarelli pag. 11. & seq. reperiet; tum etiam quod ea pluribus in locis videtur Alberico nequior, etsi stylo paullo simpliciore conscripta.

§. IV.

(7) Ita tamen exemplum historiae hujus, a Chioccarello ex priore chronico erutum, cum hodiernis chronici ejusdem Excerptis per omnia consentit, ut tamen ope Chioccarelli plures omissiones & errata ab Excerptis sustulerim; ac vicissim Excerptorum auxilio nonnulla in Chioccarelli exemplo emendaverim. Id eo moneo, ut appareat, revera aetate Chioccarelli (imo & patrum nostrorum memoria) Chronici prioris vetustas membranas in Capituli tabulario exstitisse adhuc.

§. IV. *De Joanne Villano ejusdem narrationis interprete.*

POSTREMO quid necesse erat, eam Chronici de S. M. de Principio narrationem huc comportare, quam jam pridem noster Jo: Villanus (qui vergente saeculo XIV. suum patriâ dialecto contexuit chronicon) integram in Italicum sermonem traductam reliquit, nempe a cap. 34. ad 38.

Jam vero & quae in eodem Villano post ante dictum cap. 38. sequuntur, ea quoque (ut in cit. Dissertatione de Cathedrali unicâ dixi) ex eodem illo chronici S. M. de Princ. fonte fidus noster interpres transtulit. At nunc illius chronici Latini Excerpta tantum anno 1533. facta habemus: nam cetera non nisi Italice a Villano conversa supersunt.

SECTIO III.

Instituta superiorum monumentorum comparatione accuratius de uniuscujuslibet aetate judicium proditur. Obiter de Ecclesia Stephania.

MONUMENTUM illud, quod sup. Adnot. 5. descripsi, fuisse fontem ceterorum, ac proinde sicuti brevius, ita & ceteris antiquius esse, non est dubium: quod saec. XI. scriptum, ex eo demonstravi, quod *Stephaniae* tunc nomen adhuc in usu erat: quod postea desiit. Albericianae porro historiae aetatem nemo non perspicit. Nam quia Petro Archiep. jubente conscripta fuit; ante medietatem saec. XIII. elucubratam necesse est. Restat, ut de narratione chronographi S. M. de Princ. ostendam, eam nonnisi post Albericum fuisse elaboratam. Id vero ex eo demonstratur, quod hic chronographus ita passim Albericum exscripsit, ut tamen lo-

cis

cis aliquot de suo plures addiderit circumstantias : quas (si quidem finxeris, hunc chronographum Alberico anteriorem fuisse) Albericus, qui in eo se fore totum profitetur in prologo, ut Asprenis historiam longiorem daret, quantovis pretio mercatus esset, ut coloribus rhetoricis exornatas daret. Nunc e contrario chronographus S. M. de Princ. circumstantias Alberico ignotas primus affert. Cujusmodi illa sunt I. *de Ara vetere de Terzerio Capitis Montis* &c. ubi gentiles sacrificabant, & de nomine *S. Petri ad Aram* : II. vetulae vocabulum, cui *Candidae* nomen fuisse Albericus nescivit, primus iste chronographus prodidit: III. postremo in historia caelitus fecundatorum conjugum tam multas Chronographus noster circumstantias Albericianis addit, ut protinus exclames necesse est, chronographum istum Alberico fuisse aliquanto recentiorem, ac facile (ut in Dissertat. cit. ostendebam) exeunte eod. XIII. saeculo ad scribendum chronicon incubuisse.

Ergo non invitus tres narrationes de improlibus conjugibus, prout a tribus auctoribus profectae fuere, inter se committam, ut appareat, quae & quanta in eâdem re alter supra alterum admensus fuerit. Itaque primus ille rerum Asprenis scriptor (Adn. 5. editus) hoc primum affert miraculum diu post ejus mortem patratum. *In Neap. siquidem urbe vir & uxor conjuges erant timentes Deum, procedentes in mandatis & justificationibus Domini sine querela, divites cum multa familia* (*Familiam* more antiquo usurpat pro *Famulitio*) *filium tamen aut filiam non habebant, & flagitabant sancti Praesulis meritis prece assidua, ut ejus meritis filius eis concederetur, vel filia. Obti-*

tinent postulata . Nascitur eis filius , & moribus honestissimis decoratur . Conjuges vero ipsi gratias Deo & meritis Praesulis exhibentes referunt: basilicam ad bonorem sancti Aspren decentissime construunt : quae usque in bodiernum diem dicitur STEPHANIAE BASILICA .

Hoc vero miraculum Albericus quidem (ut cum eo redeam aliquando in gratiam) adeo paraphrasi sua non corrupit, ut potius illustrarit : at Chronographus S. Mariae de Princ. & Joan. Villanus id turpiter adulterarunt & corruperunt . Tres hasce paraphrases in ima (8) pagellae ora reperies: quo scil. nequissima quaeque monumentorum,

(8) *De miraculo improlium conjugum per Albericum amplificato , mox per chronographum S. M. de Princ. & per Villanum turpius adulterato .*

Albericus non male istud miraculum παραφράζει . Nam ubi recte praemonuisset, se propiora suis temporibus miracula narraturum (*nostris* inquit *quoque temporibus*), sic incipit. *In hac Neap. urbe vir quidam religiosus & Deum timens fuerat , & huic conjux religiosa & ipsa justa & timorata nupserat . Erantque (ut in Evangelio dicitur) justi ambo ante Deum , procedentes in mandatis & justificationibus Domini sine querela . Et non erat eis filius* (hactenus ex Luc. I. 6. 7. descripsit) *sive filia , cum eis substantia non mediocris & familia afforet non exigua . Flagitabant S. Praesulis merita prece assidua , pulsabant ejus aures voce continua , terebant sedulis gressibus ejusd. basilicae dicata limina . Rogitantes importune , instanter , constanter , ut eis ejus meritis filius concederetur vel filia . Quid diutius ? penetrant sancta eorum vota, penetrant lacrymae , preces penetrant caelum , & per Aspren porriguntur ad Deum . Demum (si magnis licet componere parva) alteri Zachariae , Elisabeth alteri alter Joannes nascitur , virtutum luse varia & moribus honestissimis decoratur . Non obliti praememorati jugales ea , quae Sancto Patre Aspre intercedente , adepti caelitus fuerant beneficia , pro gratiarum redditione ad Antistitis decus AVLAM decentissime construunt , sicut usque in hodiernam diem est cernere in ea quae dicitur Stephaniae basilica .*

Non male , inquam , hanc narrationem amplificavit : nisi

quod in eo se parum praestitit fidum, quod cum prior historicus ipsam *basilicam Stephaniae* ab his conjugibus *decentissime constructam* h. e. refectam & ornatam dixisset; horum loco Albericus constructam vult nescio quam *AVLAM* (sitam) *in ea quae dicitur Stephaniae basilica*. Quae verba cum equidem in Differt. de cathed. unica interpretarer, de *Aula* sive Ecclesia S. Asprenis, quae Stephaniae adjaceret, capienda duxi. Nec enim acta illa priora ac breviora superius a me recitata videram, nec eadem ab Alberico interpolata fuisse animadverteram. Lectiones quidem anno 1525. editas videram; sed eas nondum ex Actis prioribus, a Chioccarello productis, fuisse totidem verbis digestas cognoveram; sed potius ex Albericianis contractas suspicabar. Quare id totum nunc revoco; ac censeo conjuges illos (facile X. saeculo) non S. Asprenis sacellum, sed Stephaniam ipsam refecisse & exornasse: modo tamen actis illis antiquioribus constet fides. Verum siquid antiquioribus iis actis credendum sit, in iis certe merentur fidem, quae propiora scribenti fuerunt: qualis fuit haec conjugum historia.

Nunc ad chronographi S. M. de Princ. & Joan. Villani turpes ejusdem historiae corruptelas devenio. Cujusmodi illud est; quod illam Alberici ad Luc. I. allusionem (nim. *alteri Zachariae*, *Elisabeth alteri*, *alter Joannes nascitur*) chronographus sic expresserit, quasi infanti nato re vera *Joannis* nomen inditum fuerit: *Demum*, inquit, *Joannes nascitur*. Nec secus chronographi interpres Villanus: *Così a questo marito e mogliere nascè uno figliolo chiamato Joanne*. At illud flagitiosus, quod Albericianam *Aulam* in palatium Archiepiscopale (quale tunc XIII. saeculo visebatur) convertit, ac tum palatium, tum etiam ei adhaerentem Ecclesiam ab jugalibus facta chronographus S. M. de Princ. narrat in hunc modum: *Ad Antistitis decus* (haec quidem verba ex Alberico arripuit: verum hoc interest, quod Albericus, qui priora acta παραφράζειν satagebat; *Aulae* vocabulo Ecclesiam intelligebat, *Antistitis* vero nomine Asprenem designabat: at chronographus pro *Aula* hospitium ad Antistitum Neapolitanorum decus factum nobis obtrudit) ergo ait: *Ad antistitis decus hospitium cum aula, cameris, & jardeno* (nihil non liberaliter admetitur historicus, ne qua parte defuisse jugales significaret) *decentissime construxerunt*. Ridicule. De palatio prius narrat: his autem narratis, tum demum de Ecclesiâ cura posterior subit. *Nec non*, inquit, *ad honorem & gloriam Jesu Christi Ecclesiam seu basilicam ipsi hospitio contiguam* (certe quia a Stephano I. usque ad hujus chronographi aetatem ea duo sibi mutuo cohaeserant) *cum duabus alis & Cappellis quampluribus, sitam in longum cum Curti* (*ad nobilem Capuanae plateam*, *ut*

usque

tamquam in insulam, relegare consuevi.

Interim etsi de Ecclesia Stephania copiose a me in Differt. de Cathedrali semper unicâ disputatum fuerit; adhuc tamen sunt, in quibus res eadem mihi refricanda videatur. Ac primum omnium, cum nos ex Joanne diac. & Blanchini catalogo didicerimus, Stephaniam a Stephano I. ineunte VI. saeculo primum factam, & mox ab altero Stephano, exeunte saeculo VIII. refectam: cum haec, inquam, jamdiu didicerimus; quid hoc nunc, rogo, portenti est, quod in his Actis Stephaniae aedificatae laus ab his Episcopis in conjuges nescio quos innominatos & temporis incerti transcribitur? Possem equidem respondere, conjuges istos (qui sive sub Stephano I. sive potius sub Stephano II. forsitan vixerint) magna ex parte impensas ad opus Basilicae suppeditasse: at opus ipsum Episcopo, uti

Dd 2 de-

usque in hodiernum diem est cernere) *in ea quae dicitur basilica Stephaniae*. Quae parenthesi interposui, ea in hodiernis chronici nostri Excerptis deerant: quae ex Chioccarello, qui ex antiquiore chronico descripsit, supplevi.

Haec vero ipsa fidus interpres Villanus sic reddidit: *Fecero l' hostiere suo con sale & camere & giardino dilettissimo... Ferono edificare la Ecclesia o Basilica conjuncta al ditto hostieri, & Parochiae*, *Cappella* (cor. *Parecchie Cappelle*; pro quo Lat. est *Cappellis quampluribus*) *posta sopra la piazza de Capuana, con una corte, la quale per fino al tempo de mo se vede* (nam Stephaniae atrium, ejusque hospitale, adhuc tempore Joannis Villani videtur exstitisse, postea concessum aedi Adnuntiatae) *& chiamase la Basilica de Santto Stephano*. Sic optime Stephaniam circumscribit, nempe quod Stephaniae auctor aetate Villani inter Sanctos numerabatur. Ceterum superius illud, FINO AL TEMPO DE MO, noli sic accipere quasi, Villano ista scribente adhuc ista omnia viserentur (etsi adhuc Atrii vestigia cum Athanasiano hospitali exstitisse tunc arbitror: quae saeculo sequenti Eugenius IV. Aedi Adnuntiatae concesserat) sed quod Villanus in his omnibus sese merum interpretem chronici S.M. de Princ. gerere in animo habuerit.

decebat, non conjugibus a chronographo Joanne tributum. Sed magis eſt, ut aliam noviſſimam Stephaniae refectionem in Actis S. Aſprenis deſignari credamus. Nam quae baſilica poſt tria non integra ſaecula, quam facta fuerat, a Stephano II. reficienda fuit, eam credibile eſt X. ſaeculo, aut ineunte XI. (omnino antequam antiquiora S. Aſprenis Acta exſiſterent, in quibus conjuges feciſſe dicuntur Stephaniam) iteratâ reparatione indiguiſſe: quam ab his piis conjugibus profectam hic deſignari credo. Quis ſcit an non Stephaniae refectae (etſi enim in Actis conjuges *decentiſſime conſtruxiſſe* dicuntur: eam potius refecerant, nim. pro loquendi more omnium ſcriptorum ac ſaeculorum) quis ſcit, inquam, an non refectae tempus inciderit in S. Marciani epiſcopatum? quem ſuſpicor ſediſſe X. ſaeculo uti hac ipſa Parte III. dicam cap. ult.

Poſtremo quod iſtud conjugum opus nec de Stephani I. nec de ſecundi baſilicâ ſit intelligendum, ſed de poſteriore circa X. ſaeculum ab jugalibus iſtis *decentiſſime conſtructa* (h.e. refecta & exornata) illud in primis facit, quod Albericus id totum accidiſſe proximis ante ſe temporibus narrat: *Noſtris*, inquit, *temporibus*: quae locutio ad neutrum Stephanorum refertur, ſed facile ad X. ſaeculi tempora. Hactenus vero dicta nolim Chronico S. M. de Princ. fraudi ſint: cujus fides in rebus praecipue aetatis ſuae inconcuſſa manet, ut toties in cit. Differt. oſtendi.

SECTIO IV.

Cur a Tutiniano Eccleſiae Neap. Kalendario abſit Aſprenis feſtum.

ID Kalendarium (quod quidem infra in Appendice exhibebimus) circ. ann. 1200. compoſitum

tum oportuit, ut ibi adnotabimus. In eo vero nec die III. Augusti, nec alio die S. Asprenis nostri festum visitur. Qua de causa id factum dicemus? Sane quod de die III. Augusti Aspren exciderit, id in gratiam Inventionis S. Stephani (quae in hoc Kalendario Aspreni subrogata fuit circ. ann. 1200. nam ea est Kalendarii Tutiniani aetas, uti diximus) videtur factum: maxime cum in S. Gaudiosi aede asservaretur ampulla Sanguinis B. Protomartyris, quam S. Gaudiosus ex Africa attulit. Ergo in ejus gratiam Aspren loco motus fuit. Eccur vero nusquam alibi repositus cernatur, haud facile dixerim. Nec nunc mihi aliud succurrit, quam Neapolitanos temporis illius Antistites cum suo Clero de reponendo Asprene deliberantes, comperendinasse usque ad Petrum de Surrento Archiepiscopum. Is porro cum de restituendo Asprenis festo cogitaret, videtur ea de causa negotium Alberico dedisse, ut illa breviora acta, quae supra adscripsimus, pinguiora in usum lectionum redderet. Quod Albericus pro captu temporum illorum ineptissime praestitit, uti vidimus. Quid postea sit consecutum, in tanta veterum memoriarum inopia tacere malo, quam quidquam temere affirmare. Hoc unum scio, in posterioris aetatis Kalendariis Asprenem in pristinam sedem suam rediisse, at in ejus festo lectiones ex antiquioribus illis Actis fuisse petitas: quae postmodum etiam in libello Officiorum excuso Neapoli anno 1525. retentae fuerunt: facile quod Albericianae illae, in quibus auctor se misere fatigaverat, non se probassent.

CA-

C A P V T II.

De S. Agrippino Episc. Neap.

ORDO a me pofceret, uti poft Afprenem de S. Agrippino agerem. Verum cum infra in Appendice integra S. Agrippini Miracula faeculo X. fcripta (quae fimul cum aliis hujus generis opibus vir eruditiff. Conftantinus Rogerius Imperiali bibliothecae praefectus ex Cod. Corfiniano eruta benigne fubmifit) a me producenda fint; ftatui in praefatione ad ea Acta de S. Agrippino pauca admodum proloqui, alia in notis ex occafione interlocuturus.

C A P V T III.

De S. EPHEBO.

DE hoc nihil exftat antiquius teftimonio Kalendarii marmorei, in quo die XXIII. Maii fic infcribitur: DEP. S. EPHEBI EPI. Ex qua infcriptione (utpote marmorea h. e. invariabili) verum ejus nomen nunc demum affequimur, quod antea varie corruptum ad nos pervenerat. Sed & Joannis diac. chronicon eidem fcriptioni velificatur; ficuti & Blanchinianum laterculum. Nec illud obeft, quod in quibufdam Joannis apographis (1) EPHEVVS le-

(1) In quibufdam Joannis Diac. apographis legitur, *Ephevus* aut *Epherus*: quae corruptela ex prava pronuntiatione manavit. Nam fi *Ephebus* pen. correpta pronunties (ut Graeci aevo medio efferebant; ficuti nunc quoq. Neapolitani detorta inde nomina corripiunt) ex pronuntiationis rapiditate fiet, ut parum fentias, utrum *Ephebus*, an *Ephevus*, fimilive modo quis proferat; five *Epherus*: quod ultimum Joannis Diac. codex in Severo exhibet. Deinde porro & diphthongus addita initio fuit, ut *Euphebius* (quod hodie apud doctiores eft tritiffimum) *Euphremus*, *Euphramus*, *Eupherus*, *Euphimus*. Et fine diphtongo, ut *Ephremus*, *Efremus*, *Efrimus*. Haec inquam omnia vocabulorum prodigia τὸ EPHEBUS rapide pronuntiatum peperit. Quod fi in pronuntiando produxiffent penultimam; id nomen illaefum ad pofteros tranfmififfent,

legatur; nam B & V in Mss. alternare vel pueri sciunt. Praeterea in Vatic. antiquissimo Cod. EPHEBVS aperte scribitur. Postremo vel ex iis quae idem chronographus subjicit, apparet a se EPHEBVS fuisse scriptum. Nam sicuti in PROBI Episcopi nomine luserat (*Probus*, inquit, *omni probitate conspicuus*, *quam nominis sui operibus copulans* &c.) parem prorsus allusionem & in *Ephebo* usurpavit, *EPHEBVS*, inquit, *Episcopus*, *PVLCHER corpore*, *PVLCHIOR mente* &c. Allusio vero ex eo intelligitur, quod aevo sequiore *Ephebus* idem erat qui *Pulcher*. Papiae certe EPHEBIA est *Juvenum eminens PVLCHRITVDO*.

Verum cur Levitae Joannis non integrum locum adscribo? *EPHEBVS*, inquit, *Episcopus pulcher corpore pulchior mente Plebi Dei sanctissimus praefuit, & fideliter ministravit*. Ac per haec tantum paucula verba Chronographus totâ vitae narratione defungitur: cui admodum pauca de translatione in Stephaniam subjicit, de eo sic definens: *Ipse vero post*, *quorumdam incursionibus*, *translatus deductusque Neapolim*, *Ecclesiae Stephaniae reconditur*. Ac paene Diacono huic irascor, quippe id tantum sua brevitate laboranti, ut lectorem eculeo torqueat. Quanti enim laboris erat, ubi primum sepultus fuerit, deinde quo tempore, & a quo translatus sit in Stephaniam, edocere? Nunc balbutientis potius, quam loquentis cogimur nutus ac gestus interpretari. Nam videtur sane principio extra civitatem (certe quia subjicitur: *Deductusque Neapolim*) fuisse sepultus: h. e. in Coemeterio primum, mox facile in Ecclesia S. Fortunati requievisse simul cum Fortunato

to & Maximo : deinde cum eiſdem Fortunato & Maximo in Stephaniam illatus. Ecquando illatus? *Incurſiones* neſcio quas Joannes memorat, quae ad translationem compulerint: ſed quaſnam, non eloquitur. Sed facile Langobardicas infeſtationes intelligit. Scimus Siconem ſuſtuliſſe S. Januarii corpus. Porro ne Ephebo, Fortunato, Maximo ac tot aliis paria evenirent, provido conſilio S. Joannes IV. in generalem ſanctorum corporum translationem incubuit, de qua in Diatriba, quam Commentario ad Kalendarium praemiſimus, copioſe diſputavimus. Ab hoc igitur Ephebus ac tot alii *deducti Neapolim* (ne furtis barbarorum paterent) atque in Stephaniam illati fuerunt.

Cum vero anno 1589. S. Ephebus in Eccleſia ſui nominis cum Fortunato & Maximo requieſcens inventus fuerit; id argumento eſt Sanctis Treviris hiſce in ſepultura ac variis translationibus paria ſemper omnia contigiſſe. Vide quae infra in S. Maximo de his dicturi ſumus. Hactenus Joanneam mutitionem magis quam elocutionem exſculpſimus.

Porro hujus cathedrae Blanchini catalogus annos novem tribuit. Sed & Romae Pontifices, & Imperatores plures Ephebo aequales nominatim recenſet, Joanne (qui hiſce de induſtria ſuperſederat) impendio liberalior, ſi potis eſſet in eo reperire fidem.

Poſtremo poſt haec tria noni ac decimi ſaeculi monumenta nihil aliud exſtat, quam quidam miraculorum libellus, ex quo & S. Ephebi lectiones (anno 1525. editae) fluxerunt. Hoc vero monumentum videtur eodem fere tempore prodiiſſe,

quo

quo & Albericiana Asprenis historia, & vita S. Joannis IV. per Cimeliarchen scripta, & S. Severi vita, & siqua sunt ejusdem furfuris: quae XIII. saeculi sunt opuscula, in id elucubrata, ut esset ex quo peti Lectiones possent in officii Divini Cursu. Vide quae in Comm. ad Kalend. Marm. ad hunc Miraculorum libellum enotavimus in S. Ephebo pag. 423. Adnot. 269. Taceo cetera quae ibid. pag. 422. & 423. de Ephebi rebus animadvertimus.

CAP. IV.
De S. FORTVNATO Episcopo Neap.

DE hoc tanto Antistite in Commentario ad Kalend. marm. ad XIV. Junii quam copiosissime disputavimus a pag. *610.* ad *626.* quae hic regerere piget pudetque. Nos dictorum illic summa tantum capita lectori indicabimus, magis ut ad ea ex ipso fonte haurienda stimuletur, quam ut hic repetitâ ab ovo tractatione erudiatur. Hac opera defuncti levissima, de difficultate illa, quae ex concursu duorum Episcoporum Neap. *Fortunati* & *Calepodii* creatur, curas posteriores subjiciemus.

SECTIO I.
Aetas Fortunati eadem quae Synodi Sardicensis. Is confessionis laude par S. Maximo suo successori fuit.

SS. Fortunati & Maximi aetas non ex Joannis diac. chronico, qui eos Constantino antiquiores fecit, sed ex aequalibus monumentis petenda est. Ac de Maximo cap. seq. dicam. At Maximi decessor Fortunatus sedit Sardicensis Concilii tempo-

re. Qui etsi inter (1) subscriptores Sardicenses non numeretur; at memoratur in Decreto pseudo-Sardicensis Synodi (quae Philippopoli anno 347. aut ineunte 348. convenit) in quo inter Antistitum nomina, ad quos illud Decretum dirigitur, *Fortunatus* recensetur, isque (2) *Neapolis Campaniae Episcopus* inscribitur. Ergo anno 347. & 348. jam Fortunatus regebat Neapolitanam Ecclesiam.

Verum quam dudum cathedrae adsederit, aut quam mox eàdem decesserit, utrumque dubium est. Ad initia Fortunati quod attinet, ea teneremus, si quidem is Calepodio successisset. At hunc Episcopum falso creditum fuisse Neapolitanum, infra demonstrare conabimur.

Nec finis Fortunati certior est. Ei proxime, uti videtur, S. Maximus Martyr successit: sed quoto anno, incertum. Facile id circiter annum 350. contigit. Sed cap. seq. ubi de Maximo, haec clariora fient. Quandocumque autem Fortunati exitus fuit; in exsilio certe aeque ac successor ejus vitam finisse videtur: id quod ex Joanne diac. possumus intelligere, qui Fortunato nostro confessionis laudem aperte

te

(1) Apud Athanasium Apol. 2. inter eos qui huic synodo subscripserunt (quorum nuda nomina tacitis sedibus adscripsit) recensetur quidem XLIX. loco *Φορτυνᾶτος* (*Fortunatus*), verum is facile videtur ille, qui tam in Fragmentis Hilarii, quam in interpretatione Isidori Mercatoris dicitur *Fortunatianus ab Italia de Aquileia*. Nam, uti sexcentis observavi locis, nomina primitiva cum suis derivativis permiscebantur & alternabant, ut *Claudius* & *Claudianus*: *Constans*, *Constantius*, *Constantinus*: *Antonius* & *Antoninus*: ac tot alia.

(2) Nam falso Nic. Faber a Muratorio vapulat, quasi nomina Episcoporum de suo addiderit ei Decreto, quod in Hilarii Fragmentis legitur. Rem universam ex cit. Comment. perspicies pag. 613. Adnot. 346.

te tribuit: de quo cap. seq. commentabimur.

SECTIO II.

De Calepodio Episcopo, an eodem tempore, quo Fortunatus, Neap. Ecclesiam administrarit, Curae posteriores.

DIxi sect. superiore, in Decreto Philippopolitani conciliabuli (nisi, quandoquidem ibi Ariani pro patribus Sardicensibus sese gerebant, *Sardicense Latrocinium* id vocare mavis) inter ceteros Episcopos, quos praefert inscriptio, *Fortunatum* Episcopum Neapolitanum aperte memorari. Hinc recte Joannes diac. & Blanchini catalogus Fortunatum inter Neap. Episcopos (etsi loco non suo, h. e. tertio saeculo) recensuerunt.

Sed ex adverso verae ac legitimae Synodi Sardicensis acta nos turbant: quandoquidem ei Concilio inter catholicos Episcopos *Calepodius Neapolitanus* subscribit. Ac ne forte aliam Neapolim suspiceris; in Hilarii fragmentis dicitur *Calepodius a Campania*. Quae si jungas, is jam erit *Neapolitanus a Campania*.

Huic difficultati pluribus modis in Comment. ad XIV. Junii obviam itum fuit. I. Sardicensi legitimo concilio Calepodius (quem tantisper ego quoque *Neapolitanum a Campania* nuncupo) anno 347. subscripsit; tamen non diu post eam subscriptionem Calepodio mortuo Neapolitanos Fortunatum Episcopum suffecisse necesse est: necesse est, inquam; ne duos simul Episcopos unius ejusdemque sedis contra Nicenos canones admittamus. Ad hunc vero Fortunatum novum Episcopum Ariani Decretum Latrocinii sui mitten-

dum curarunt, ut eum nondum satis instructum in suas partes pertraherent. Hanc responsionem fusius in cit. Comment. pag. 615. num. III. deduximus. Ex qua (modo vera sit) constaret ultimum Calepodii annum fuisse 347. primum vero Fortunati annum aut extremum 347. aut ineuntem 348. Et hanc quidem responsionem summopere probarem, nisi obstaret praeteritus ab Joan. diac. Calepodius: cui acta Sardicensia comperta fuisse necesse est. Missum jam illud facio quod Fortunati Cathedrae (3) diuturnitas, si quidem vera sit, impedimento est, ne idem Calepodio tempore Sardicensi successerit.

II. Responderi & illud posse ibidem num. IV. monui, nim. sub Fortunato vero & primario Episcopo fuisse & Calepodium Graeci oris chorepiscopum, qui nim. in Graecanicae originis urbe Graecos adhuc superstites regeret. At istam responsionem ea refellunt, quae nuper in Differt. de Cathedrali unica de Neap. Graecismo disputavi: in qua ostensum fuit, IV. saeculo nullum Neapoli populum Graeci oris fuisse.

III. Adhaec ead. Differt. Par. II. pag. 107. & seq. cum hanc de Calepodio & Fortunato difficultatem iterato discuterem, dixi *Calepodium* & *Fortunatum* duo fuisse ejusdem Episcopi nomina: sicuti qui apud Joan. diac. num. 36. *Laurentius episcopus* appellatur, is *Fau-*

(3) In primis decem Episcopis annos Cathedrae Joannes omisit: quos Blanchin. Catalogus (ex vero an falso, non interpretor) sedulo adscripsit. Itaque de Fortunato sic notat: *Sedit ann. XXI.* Atqui cum Fortunatus circ. ann. 350. Maximum successorem habuerit; non potuit ipso anno 347. (quo Sardicam conventum fuit) Calepodio mortuo succedere. Aut ergo Calepodium in eadem sede rivalem habuit; aut, quod verius est, Neapoli Calepodius nullus fuit.

Faustus in Blanchiniano Catalogo dicitur, propterea quod utrumque nomen illi Episcopo proprium fuisset. Potest hoc quidem tuto defendi: quae responsio cum praeterito Calepodio in chronico Joannis diac. recte stat; nec enim is praeteritus dici potest, cujus unum nomen enuntiatur, reticetur alterum. Imo cum III. & IV. saeculo πολυωνυμία maximo in usu esset; tamen singula semper singulis nomina ab Joanne tribuuntur.

IV. Postremo & illud responderi jure optimo potest, fuisse quidem Calepodium a Fortunato diversum, sed tamen eumdem Calepodium ubivis potius quam Neapoli in Campania sedisse. Hanc quidem nodi solutionem jam quidem in cit. Comment. pag. 614. num. 1. proposueram; verum quadam συγκαταβάσει usus, eidem non adhaesi mordicus.

At nunc mutato consilio, hanc ceteris praestabiliorem judico. Quid enim? Credibile ne est, Sardicensis concilii subscriptiones (in quibus *Calepodii*, uti volunt, *Neapolitani* cernitur nomen) non fuisse IX. saeculo perspectas Neapolitanis hominibus? Ex eo porro subscriptionum laterculo facile Episcoporum suorum indicem resarcivissent, adjecto Calepodio, si quidem hic re vera Neapoli consedisset. Et eas quidem subscriptiones IX. saeculo adhuc integras Graece aut Latine superfuisse, non est dubium, ut ex Isidoro Mercatore constat.

Verum ad eas subscriptiones, quae nunc exstant, veniamus. In Athanasii quidem Apologia alterâ Καλετόδιος (*Calepodius*) subscriptor undecimus est, verum sine sedis mentione, quae & in ceteris abest. Itaque nullum ex Athanasio duci argumentum potest.

test. At inter Hilarii Fragmenta exstant Sardicenses subscriptiones quaedam, inter quas quae huc attinet, est hujusmodi: *Calepodius a Campania*. Nam urbis nomen Calepodio non adscribitur. Hanc igitur subscriptionem, qua nunc quidem nihil exstat antiquius, teneamus; ac fateamur, Calepodium alicujus in Campania sedis Episcopum fuisse, veluti Nolanae, Puteolanae, Misenatis, Cumanae, aut cujuslibet, modo Neapolitanus non fuerit.

At, inquis, quod in Hilarianis fragmentis deest, id ex Isidoro Mercatore supplendum est: apud quem in Patrum Sardicensium subscriptionibus legitur *Calepodius Neapolitanus*. Ergo ex Isidoro isto nomen urbis arripimus. Sed quia nominis hujus urbes fuere plurimae, quod de Campaniae Neapoli Calepodius fuerit, id ex Hilarii fragmentis discimus.

At pulchre se ista haberent, nisi Mercatoris istius (quicumque is fuit) pleraeque merces magna suspicione flagrarent. Si quis vero locus est, in quo argui ejus impostura aut negligentia possit, hic certe est: in quo duos in eamdem urbem intrudit eodem tempore Episcopos, idque reclamantibus duobus Antistitum nostrorum catalogis, Joannis uno, Blanchiniano altero: a quibus abest Calepodius, sicuti & a ceteris Ecclesiae Neap. monumentis. Neque hic porro fraudi finis fuit. Nam facile ex praepostero subscribentium ordine quem pertexuerat Mercator, factum fuit, ut quidam sibi persuaserint Calepodium istum unum ex legatis (4) Roma-

(4) In MS. codice antiquo (verba sunt Phil. Labbei in adnotatis ad Isidorianas subscriptiones) post Osium recensentur hi tres: *Vincentius de Capua Legatus Sanctae Ecclesiae Romanae. Januarius de Benevento legatus Ecclesiae SS.* (i.e. *suprascriptae*). *Calepodius Neapolitanus legatus Ecclesiae SS.* Similia habet Gratianus.

manis fuisse. Cum tamen Julium Romae Episcopum per Archidamum & Philoxenum presbyteros praefuisse Concilio, aperte testetur Athanasius. Ergo Isidorum istum missum faciamus, ac satis habeamus, si ducibus fragmentis Hilarii, regione Campaniâ contenti simus: de urbe, quando huc compellit necessitas, ne nos excruciemus.

Adhaec desinant, censeo, Neapolitae exterique scriptores adversus Joannem diac. querelam instituere praeteriti Calepodii: quam querelam a Chioccarello primum intentatam, mox & Ughellus, & Bollandistae, & Muratorius in adnotatis ad Joan. diac. aliique redintegrarunt. Nam quo pacto praeteritus dicetur is, qui ubivis potius quam Neapoli sedit? At etiam queruntur iidem, praeteritum a Levita nostro fuisse Cosmam Constantini aequalem. Non: quia qui ceteris *Cosmas* est, is Diacono *Zosimus* dicitur. Accusant etiam *Marcianum* Neap. Episcopum fugisse ejusdem chronographi diligentiam: quem proinde inter saeculi IV. Episcopos (inter Ephebum scil. interq. hunc, quo de nunc agitur, Fortunatum) suppleri jubent. Falluntur: nam, siquid video, Marcianus Joanne diac. & Blanchiniano catalogo posterior fuit, saeculi X. Episcopus, ut infra cap. ult. demonstrabitur. Fateor equidem aevo ante-Constantiniano facile plures exstitisse episcopos, quam paucissimos illos, quos refert Joannes: at quos ille nescivit, nobis aeternum ignorabiles erunt; nisi sicunde ex titulis sepulcrorum effossis, aut undelibet lux aliqua affulserit. Nam monumenta, quae tunc exstabant, excussa a Neapolitanis fuisse omnia, quis potest dubitare?

Ce-

Cetera quae ad hunc Fortunatum pertinent, ea in S. Maximo (quocum Fortunatus habuit communia pleraque) leviter attingemus : de quo Maximo jam videamus.

CAP. V.

De S. MAXIMO Martyre, Episcopo Neap.

PRINCIPIO sincera hujus Martyris acta ex fonte insincero quidem, utpote ex vena Luciferiana profecto , verum in hac historia ab omni prorsus suspicione alieno , nempe ab aequalibus auctoribus Marcellino & Faustino, ad res omnium oculis expositas digitum intendentibus, petemus: deinde noni saeculi testes, nim. Fastos marmoreos, & Joannis chronicon producemus : postremo de variis hujus Martyris junctim cum S. Fortunato translationibus , & ultima inventione Reliquiarum disputabimus. Eadem vero omnia copiosius edisserta reperiet lector in Commentario ad Kalend. Marm. a pag. 575. ad 590.

SECTIO I.

Acta S. Maximi Martyris ex libello (1) precum Faustini & Marcellini Presbyterorum Luciferiana duritie superbientium.

IN eo libello primae editionis Paris. anni 1650. qua utor, pag. 29. scribitur in hunc modum.

Ma-

(1) Marcellinus & Faustinus Presbyteri partis Ursini adversus Damasum, deinde & Luciferiani schismatis rei, anno 383. aut 384. (de quo anno videantur dicta in cit. Comment. cap. 2. pag. 581.) Imperatoribus Valentiniano, Theodosio , & Arcadio obtulere libellum precum, calumniis in S. Damasum , S. Hilarium, aliosq. catholicos Luciferianam suberbiam aversantes refertissimum: id nim. agentes, ut Episcopos cum Arianis resipiscenti-

M*Aximus quoque de Neapoli Campaniae, eo quod esset inhabili stomacho, & corpore delicatior, primum quidem ut caderet, diu afflictus* (2) *injuriis, deinde ubi ob animi constantiam fideique virtutem, carnis infirmitate non vincitur, ductus est in* (3) *exsilium, atque ILLIC* (4) *MARTYR in Domini PACE requievit*. Mox statim ubi de (5) *Rufiniano* narrasset, &

Ff alia

tibus communicantes proditae veritatis accusarent & odioso *praevaricatorum* elogio traducerent. Id opusculum a Jac. primum Sirmondo Parisiis anno 1650. evulgatum fuit: sub haec & in Patrum Bibliothecam, & in conjunctam operum Sirmondi editionem illatum fuit: quantivis pretii monumentum, peregrinis onustum, sed caute ac suspenso pede percurrendum.

(2) Hoc est *plagis*. *Injuriae* vox apud ICtos de verberibus etiam usurpatur. Ceterum si de *contumeliis* ageretur; non *Diu afflictus* dixissent (*nam Affligere* proprie est *allidere*) sed *saepe affectus injuriis*. Hoc ipsum ex eo quod sequitur (*Carnis infirmitate non vincitur*) declaratur.

(3) Maximi exsilium cum Tillemontio potius in annum 356. confero, quam ut cum Baronio in annum 360. differatur. Imo & facile anno 357. post Sirmiensem synodum Maximus ejectus fuit, propterea, quod forsitan ejus formulam repudiasset. Vide de his plura in cit. Comment. pag. 357. Adnot. 277.

(4) Plura hinc discimus I. Quod *Illic* h. e. in exsilii loco & aerumnis excessit. II. Quod MARTYR occubuit, & habitus ab Ecclesiis fuit, tum ob *Injurias* sive tormenta ab Arianis tolerata, tum propter ceteras vexationes. III. Quod etiam Martyres IN PACE quiescere dicantur, ut dictum est ad diem XI. Junii Adnot. 114. *Pax* vero de qua loquitur, est Pax Ecclesiastica: de qua in utraq. ad Dominic. Georgium Epistola de Hilarii titulo disseruimus.

(5) *De S. Rufiniano Martyre: qui simul Neapolitanae urbi civis, ac S. Maximi commilitio socius asseritur.*

Post adscripta verba, statim de Rufiniano ea narrat, quae Neapolitanos non nescire operae pretium sit. *Sed*, inquit, *& Rufinianus, mirae quidem simplicitatis, sed admirabilior in tuenda fide, effusione sui sanguinis praevenit exsilium. Denique cum pro fidei integritate persistit, hunc Epictetus, atrox ille & dirus de Centumcellis Episcopus, ante rhedam suam currere coegit; & cum diu currit, sic in via ruptis vitalibus sanguinem*

nem fundens exspiravit. Sciunt hoc Neapolitani in Campania, ubi reliquiae cruoris ejus in objessis corporibus Daemonia affligunt. Pro gratia utiq. fidei illius, pro qua sanguinem fudit. Fuerunt & alii Episcopi de Aegypto &c.

Haec quidem in Comment. ad VII. April. jamdiu integra recitaveram, ubi dubitationem meam proposui, an non *Rufinus* ille cujus *Passio* in Kalendario marm. die VII. April. signatur, ille ipse *Rufinianus*, sive *Rufinus* (nam Ant. Carac. ex suo Libelli Faust. & Marcellini codice *Rufinum* pro *Rufiniano* habet; ac scimus primitiva cum derivativis in propriis nominibus vulgo alternasse) hic ipse, inquam, *Rufinianus* fuerit.

Et in cit. quidem Comment. ad VII. April. Rufinianum pro Episcopo sedis incertae habui: in cujus reperiunda cathedra frustra se fatigavit Caracciolus. Qui etiam eo pronus est, ut Rufinianum fuisse catholicum Centumcellarum Episcopum putet, in cujus locum Epictetus ab Arianis intrusus fuerit. Falso. Nam si Epictetus in locum Rufiniani ordinatus fuisset, numquam in Libello precum *De Centumcellis Episcopus* vocaretur; nam intrusos quis unquam catholicorum pro Episcopis habuit? Ergo Rufinianus non fuit Pontifex Centumcellarum. Ac, puto, ne Episcopus quidem fuit, sed aut Presbyter aut Diaconus Neapolitanus: qui cum Maximo duce, quasi commilito & socius passionis, in Libello precum conjungitur. Nec de nihilo hoc est, quod Neapoli cruor ejus asservabatur: certe quod a suis popularibus prope ab Neapoli collectus fuisset, & jam tum venerationi habitus. Non ergo Centumcellae, sed Neapolitanus ager mihi stadium fuisse creditur, in quo Noster cucurrit, & quod fortiter dimicans cruentavit; ideoque sanguis ejus a piis concivibus & studiose collectus & venerationi propositus fuit.

Ceterum nihil huic probabili conjecturae obest, quod post hanc narrationem statim subjicitur: *Fuerunt & ALII Episcopi de Aegypto* (quasi scil. etiam Rufinianus Episcopus fuerit) quos similia passos narrat: nam illud ALII non ad Rufinianum quasi in Episcopatu collegam, sed ad Maximum refertur, cujus gratia de Rufiniano commilitone narratio inserta fuerat. Atque haec vice supplementi ad VII. Aprilis dicta sunto: ex quibus appareat, hunc S. Rufinianum (quem videntur olim Neapolitani die VII. Aprilis forsitan coluisse) & conterraneum fuisse nostrum, & S. Maximi pugnae socium: qui cupiditate incensus martyrii, ante suum Episcopum praeceperit palmam.

Jam vero ex iis crudelitatibus quas Ariani in Rufinianum exercuerunt, metiri possumus, quanta & in Maximum Episcopum insania saevierint, gentilibus ipsis longe furentiores.

alia plura disseruisset; amplior de Maximo, & de Zosimo in ejus locum intruso recurrit narratio pag. 53. *Verumtamen & in hac causa Divinum judicium cognoscite probatum praesentibus documentis... Sanctus vir Maximus Episcopus, cujus supra meminimus, fidem vindicans rectam, consortiumque reprobans haereticorum, ductus est in exsilium* (6). *In loco ejus praevaricatores* (7) *ordinant nomine Zosimum* (8) *qui & ipse prius quidem catholica vindicabat. Res ista in Neapoli civitate Campaniae acta est. Cognoscit hoc sanctus Maximus, & de exsilio scribens dat in eum sententiam, non solum episcopali auctoritate, sed etiam aemulatione ac virtute martyrii* (9) *fruens in gloriam Divinam. Sed post aliquot annos beatus Lucifer de quarto*

(6) Locus exsilii ignotus: annus facile 357. ut ante dixi.

(7) In cit. Comment. pag. 578. Adnot. 280. hunc locum necessaria castigatione sanavimus. Lege igitur: *PraevaricatoREM ordinant, nomine Zosimum; QUIA & ipse prius quidem catholica vindicabat*. Vide ibi dicta. Hic vero addo, cum particula *Quidem*, loco non suo posita, accidere auribus absona videatur, pro *Quidem catholica* videri, sponsore me, reponendum, *Fidem catholicam*. Nihil profecto verius.

(8) *Zosimus* iste apud posteros tantae semper infamiae notatus fuit, ut quoties Zosimus aliquis laudandus esset, is in ipso orationis ingressu a Neapolitano isto Zosimo distingueretur. In vita S. Mariae Aegyptiae, quam Paulus diac. Neapolitanus de Graeco transtulit, prope ab initio: *In monasterio Palaestinorum fuit vir . . . nomine Zosimas* (Palaestina dialecto *Zosimas* dicebatur, qui nostris *Zosimus* est) *Et nullus nos aestimet dicere Zosimam illum, in praedicationis erroneae dogmatibus occupatum sectae alterius* (Gr. ὡς ἑτερόδοξον) *alius enim hic & alius ille; & multa inter utrosque distantia, licet unum uterque sortiti sint vocabuli nomen*.

(9) Additâ tantum vocali secundâ pro *Fruens* scribendum est meo periculo *Fervens*. Quam correctionem comprobavi in Comm. p. 578. Adnot. 282.

ro (10) *exsilio Romam pergens, ingressus est Neapolim Campaniae: ad quem Zosimus venire tentavit, illa forte fiducia, qua scilicet jam de impietate correxisse* (11) *videbatur. Sed hunc Lucifer Confessor suscipere noluit, non ignorans quae gesserat: imo & Sancti Spiritus fervore, Episcopi & Martyris sententiam robustius exsequitur, dicens quod Episcopatum ipsum, quem sibi ut adulter vindicat, speciali Dei judicio non habebit, & sic quoque sentiet poenam suae impietatis. Sed non post multum tempus idem Zosimus, cum in coetu plebis vult exsequi Sacerdotis officia, inter ipsa verba sacerdotalia ejus lingua protenditur, nec valet eam revocare intra oris meatum, eo quod contra modum naturae extra os penderet, ut bovi anhelo. Sed ut vidit, se linguae officium perdidisse, egreditur basilicam: & res mira! foris iterum in officium lingua revocata est. Et primum quidem non intelligitur, in eum compleri sententiam Martyris* (12) *& confessoris: sed*

(10) Principio Germaniciam Syriae, deinde Eleutheropolim Palaestinae abductus fuit (tertium exsilii locum quemnam Libelli auctores in mente habuerint, ignoramus) postremo in Thebaide exsulavit, quando Julianus Aug. exsules Episcopos restituit sedibus anno 362.

(11) Sicuti *Surgo* & *Pergo* (ex integris *Surrigo* & *Perrigo* contracta) intransitivam vim habent, eâdem hic *Corrigo* (quod olim in *Corgo* contractum in Festo legimus) usurpatur.

Sequens *Videbatur* isto ferreo Latinitatis aevo nihil de rei certitudine minuebat; eaque notione accepi in Comm. p. 579. Adnot. 284. quasi tantumdem sit quod *Correxerat*. Cur ergo eum *non suscepisse* Lucifer mox dicitur? An quia se Caralitanus a poenitentium communione separabat, idque in exemplum libellus hic affert? an potius quia non plene *correxerat*? Nam si rite correxisset; sese episcopatu, quem *ut adulter vindicabat*, abdicasset. Vide de hoc plura ead. Adnot. 284.

(12) Duo hic Maximo impertiuntur distincta elogia, *Martyris & Confessoris*: ut intelligas, hunc eo tempore habitum pro

ſed cum hoc ipſum toties iterum patitur, quoties in baſilicam diverſis diebus intrare tentavit; ipſe poſtremo recognovit, ob hoc ſibi linguam inter (13) pontificii ſollemnia verba denegari, ut Sanctorum (14) Epiſcoporum in eum rite prolatam ſententiam probaret. Denique ceſſit Epiſcopatui, ut lingua quae ceſſerat, redderetur. Non res antiquas referimus, quae ſolent quadam ratione in dubium venire: nam & Zoſimus hodieque (15) in corpore eſt, uſum jam linguae non amittens, poſtquam maluit cum Epiſcopatus (16) amiſſione vivere, dolens ſuis impietatibus.

SE-

pro legitimo Martyre, quippe tormentis pluribus tentato, nec tantum mortuo in exſilio, verum & vi perpeſſionum ſublato.

(13) De *Pontificii* vocabulo Juretus ad Symmachi VII. ep. 27. copioſiſſime commentatur. Porro ex locorum ſylva, quae congerit, apparet id nomen non tantum pro pontificali poteſtate ut hic uſurpatum, ſed & γενικῶς pro cujuſcumque rei facultate, jure ac licentia.

(14) Maximi & Luciferi: quem alterum *Sanctum* vocare hi aſſeclae non dubitarunt. Et Lucifer quidem a Sozomeno & Socrate, a Sardorum Eccleſiis [in quibus colebatur, & adhuc forſitan colitur] a Papebrochio ad xx. Maii excuſatus fuit, refragante Tillemontio, & aliquot aliis. At Luciferiani nullius unquam calculo abſoluti fuerunt.

(15) Anno ſcil. 383. aut ſeq. quo tempore oblatum hunc libellum fuiſſe, in Comm. oſtendimus p. 581. Ex hac vero ad vivum adhuc Zoſimum provocatione ſuperior narratio firmatur.

(16) Hac tota narratione docemur, per gradus quatuor Zoſimum decurriſſe. I. Ab initio *Fidem catholicam* (ut ſup. Adnot. 7. correximus) *vindicabat*. II. Poſtea cum Arianis faciens, ſeſe ordinari in locum Maximi paſſus fuit. III. Deinde a pravo dogmate reſipuit, ſed adhuc ut adulter alienam ſedem detinebat. IV. Ad ultimum Epiſcopatu ceſſit: tum demum ſincere *dolens ſuis impietatibus*. Hic gradus ultimus etiam Luciferianis ſe probabat, ut oſtendi in Comm. pag. 580. Adnot. 289.

SECTIO II.

Cetera de S. MAXIMO monumenta exponuntur.

I. POST luculentum IV. saeculi superius monumentum, pauca admodum & eadem macilenta noni decimique saeculi restant. Ac primum Neapolitanae marmoreae exphemerides die XI. (17) Maii sic adnuntiant: DP. (i. e. *Depositio*) MAXIMI ET ANTONINI. Deest in priore consuetum illud EPI NRI h. e. *Episcopi nostri*, propterea quod unius versus angustiae vix duorum Caelicolûm nomina admitterent; praesertim cum *τὸ Nostri* alibi, etiam spatio abundante, desit. Illud magis miror, hunc Maximum, qui passim in superiore Libello precum praedicatur *Martyr*, nono saeculo apud Neapolitanos cultu Martyris caruisse: quo si tunc potiti fuissent; pro DP. potius PAS. praeposuissent. Etsi hunc, sicuti & Fortunatum, Fidei causa decertasse, Neapolitanos noni saeculi haud penitus nescivisse, potest ex Joanne intelligi: cujus jam verba adtexamus.

II. Ergo levita Joannes in chronico, quod contexuit IX. exeunte saeculo, sic num. X. de hoc scriptum reliquit: *Maximus Episcopus ab ineunte aetate sua strenuus & omnimodo moderatus sanctae Ecclesiae militavit*. Istud *Militavit* & superius illud *Strenuus*, & *αἰτιολογικὸν* (*causale*) *Nam*, quod subjicitur, apertam significationem, si minus consummati martyrii, at certe confessionis & perpessionum pro Fidei causa complectuntur. Sequitur enim: *Nam & ipse prius in*

(17) Consentiunt in die XI. Maii vetustissima quaeq. Kalendaria. At quid postea circa festi diem immutatum fuerit, quave de causa, dictum fuit in Comment. ad Kalend. marm. ad XI. Junii cap. IV. pag. 587. seq. Etiam supra Par. I. pag..... quaedam de hoc argumento delibavimus.

in Ecclesia beati Fortunati Sacerdotis & Christi CONFESSORIS est conditus. Hoc enim sibi vult, quia uterque Christi confessione claruerunt, & ob aerumnas exsilii occubuerunt; utrumque tum communi primum sepultura, tum & postea semper fuisse sepulcris communibus honestatos. Statim enim post suprascripta sic definit: *Nunc vero in Oratorio Ecclesiae Stephaniae parti laevae introeuntibus, sacro Altario adeptus exsultat*: plane sicuti Fortunatum dixerat, parte dextra jacuisse. Vterque vero sub Altari jacebant (certe si non uti legitimi Martyres, at saltem uti strenui Christi confessores) secundum illud Apoc. *Vidi sub Altare Dei animas interfectorum* &c. Ergo ne dubita, quin IX. saeculo proximus martyribus honor delatus utrique fuerit.

III. Ad ultimum sub initia X. saeculi Blanchini Catalogus prodiit: in quo etiam antiquioribus Episcopis cathedrae spatia, quae Joannes omiserat, adjecta fuerunt, at non ex vero. De Maximo igitur sic auspicatur: *MAXIMVS Episc. sed ann. XXII.* Qui annorum numerus cur nequeat recto talo consistere, quivis per se (18) colligere quiverit.

SE-

(18) Non posse Maximo annos XXII. cathedrae adscribi, sic ostenditur. S. Maximus ex Libello precum in exsilio vitam finivit. Ergo ante ann. 362. quo Julianus extorres Episcopos revocavit, extinctus est; alioqui cum ceteris exsulibus rediisset. Sed ponamus, eum ipso anno 362. exivisse de saeculo. Si ab anno 362. annos XXII. retro numeraveris; sequetur, Maximi initia in annum 340. incidisse: quod fieri non potuit, quia sic Episcopus decessore suo Fortunato prior fuisset: qui Fortunatus anno 347. aut 348. in inscriptione Decreti Philippopolitani uti Neapolitanus Antistes recensetur. Ex his vides, quid de istis antiquiorum Episcoporum cathedrae annis temere adscriptis sit sentiendum.

SECTIO III.

De SS. Fortunati & Maximi variis diverso tempore junctim peractis translationibus, deque amborum simul in S. Ephebi quiescentium inventione anno 1589.

QUAE ad SS. Fortunati & Maximi tum diversas junctim semper factitatas translationes, tum etiam ad ultimam eorumdem simul jacentium inventionem sub Xysto V. Pont. Max. pertinent, ea in Comment. ad Fastos marm. (ad XIV. Junii cap. 3. & 4. a pag. *616.* ad *626.*) exhausimus omnia, a Sanctorum gloriae cupidis omnino legenda. Hic summa tantum rerum capita persecuturus, a translationibus ordiar, mox ad inventionem ultimam gradum mihi faciam.

§. I. *De Fortunati & Maximi quatuor communibus translationibus.*

FORTVNATVM & Maximum communem semper habuisse translationum ac sepulcrorum sortem, certissimum est. Nam in S. Fortunati Ecclesia ambos aliquando simul jacuisse, ac postea translatos in Stephaniam, una simul sub Altari requievisse, ex Levitae (19) Joannis chronico discimus. At ex Stepha-

(19) Ne lector cogatur Joannea verba alibi requirere; ejus de utroque Pontifice breves narrationes non gravabor hic junctim adnectere. Is de Fortunato num. IX. haec scripta reliquit. *Fortunatus Episcopus sanctissimus exstitit vitae, sanctissimis orationibus die noctuque indesinenter agens, regna caelorum sicut desideravit, adeptus est. Qui sepultus foris urbem quasi ad stadia quatuor. Deinde post longo tempore populi patrocinia ejus petentes, ab Ecclesia sui nominis consecrata* (h. e. ab Ecclesia S. Fortunati: de cujus situ in Comment. ad Kalendar. pag. 617. Adnot. 351. disserui) *transferentes, per manus Pontificum collocarunt in Ecclesia Stephania partis dextrae introeuntibus sursum ubi est Oratorium* (i. e. *βῆμα*, *Tribunal* sive Presbyterium) *in caput Catatumbae.*

De Maximo vero num. X. haec subjicit. *Maximus Episcopus*

phania poſtmodum in S. Ephebi aedem ſimul fuiſſe aliquando translatos, ex amborum ſimul quieſcentium inventione anno 1589. facta, & titulo ibi reperto (de quibus §. ſeq.) docemur.

Jam ſi a me cauſam hujus indiviſae ſodalitatis requiras; ea mihi videtur apertiſſima, quod ambo ſub idem ferme tempus, pari de cauſa, pari confeſſionis atque arceſſitae ob aerumnas toleratas mortis laude floruerint. Nam de Maximo id Libellus precum ſupra ſect. 1. productus oſtendit. At de Fortunato nos Joannis diac. (20) teſtimonium ſecuros praeſtat. Ergo de Fortunato nihil veriſimilius dici poteſt, quam hunc, ubi anno 447. Aria-

pus, ab ineunte aetate ſua ſtrenuus & omnimodo moderatus, ſanctae Eccleſiae militavit. Nam & ipſe prius in Eccleſia beati Fortunati Sacerdotis & CHRISTI CONFESSORIS eſt conditus: nunc vero in Oratorio Eccleſiae Stephaniae parti laevae introeuntibus, ſacro Altario adeptus exſultat.

Ex quibus vides, amborum tum in S. Fortunati Eccleſia tum ſub Stephaniae Altari communem ſepulturam, communemque (quod conſequens eſt) in eas baſilicas translationem.

Ceterum haec duo loca in Comment. ad Kal. pag. *616.* & ſeq. tanta luce perfudimus, ut ſperem fore ut lectores ea cognituros non poeniteat induſtriae.

(20) Maximi praeclaram Confeſſionem jam, uti dixi, ex Libello precum tenebamus. At de Fortunato id ignorantes opportune Levita Joannes juvat: qui quaſi cum Libello precum colluderet, Maximi quidem confeſſionem in eo Libello teſtatiſſimam, ſic quaſi conſulto id feciſſet, reticuit: at contra Fortunati parem omnino laudem in ejuſdem Maximi elogio intexuit. *In Eccleſia*, inquit, *beati Fortunati Sacerdotis & CHRISTI CONFESSORIS*. Itaque huic tam parco verborum chronographo grates ingentes ago, quod in tanta *ἀπορίᾳ* ſuppetias in tempore tulerit, atque ibi ſaltem, ubi minime omnium ſuae orationis ſcopo id neceſſe fuerat, a ſe expromi hoc tantulum CONFESSORIS vocabulum ſiverit; certe ut hujus tantae Fortunati cum Maximo ſocietatis cauſam mutitione ſaltem ac nutibus attento lectori exprimeret.

norum Philippopoli coeuntium Decreto assentiri noluisset, illorum in se rabiem concivisse; eamque facile mox prima occasione data in eum hostes furentissimos effudisse. Scimus post Mediolanense anni 455. concilium plures Episcoporum propter fidei Nicenae confessionem actos fuisse in exsilium, ac modis omnibus divexatos. Hoccine temporis articulo, an antea Fortunatus praeclarum Confessoris elogium emeruerit, parvi interest, modo id certo contigisse constet. Quemadmodum igitur ex Libello precum didicimus Maximum in angoribus exsilii fuisse sublatum, idque adeo paullo ante annum 462. (quo Julianus extorres Episcopos adhuc superstites sedibus suis restituit) contigisse, certissimum est; sic ex *Confessoris* praeconio, quo Fortunatum exornat Joannes diac. itemque ex mira prorsus utriusque Confessoris post mortem conjunctione, arguimus, Fortunatum aeque ac Maximum in exsilii malis obeuntem ad praemia confessionis evolasse.

Atqui ubi Julianus Aug. anno 462. ejectos Episcopos revocavit; turmatim ex omni parte Praesulibus in suas Ecclesias redeuntibus, putamusne interim non exarsisse studia populorum, ut quos vivos recuperare nequivissent, eorum saltem reduces exuvias gratantes exciperent? Id omni ope fuisse connisos, verisimillimum est. Imo cum Maximum in exsilio extinctum Neapolitae certo certius recuperaverint (quippe Neapoli cum honore sepultum, teste Joanne diac.) eosdem & Fortunati reliquias similiter arcessivisse, ex conjunctis semper translationum ac sepulturae honoribus non temere colligimus: etsi quo potissimum tempore id contigerit incertum sit. Quamquam verisi-

risimile est, si minus statim post Juliani exsules revocantis edictum, at certe haud diu post id temporis eas reliquias fuisse relatas, antequam scilicet populorum desideria refrixissent.

I. Ergo ut jam SS. Fortunati & Maximi translationes recenseam; earum prima illa fuit, qua eorum sacratissima spolia ex loco exsilii reducta Neapolim, ibidem honorifice sepulta fuerunt, nec alibi facile quam in ea crypta, quae juxta extramuranam S. Januarii Ecclesiam est: in qua crypta vetustissimum coemeterium Christicolarum fuit.

II. Translatio altera sub S. Paulo seniore post medietatem saeculi VIII. contigit: qua amborum corpuscula in Ecclesia S. Fortunati ab eod. Paulo seniore (21) exstructam traducta fuerunt: vide §. seq. titulum mutilum in S. Ephebi repertum. III. Octogesimo ferme post hanc alteram anno eadem corpora sub S. Joanne IV. in Stephaniam invecta, Dominico Altari fuere supposita. Harum translationum secundam & tertiam aperte Joannes diac. significavit: imo & primam, si modo ejus verba commode (22) suppleantur, ab eodem designatam lector at-

(21) S. Fortunati Ecclesiam [de cujus situ plura diximus in Comm. ad XIV. Junii pag. 617. Adnot. 351.] fuisse Pauli Senioris opus, ostendi ibid. pag. 618. Adnot. 352.

[22] *Joannis diac. locus suppletur & explicatur.*

Chronographus in Fortunato ait: *Qui sepultus foris urbem quasi ad stadia quatuor*. S. Fortunati Ecclesia (de cujus situ abunde in Comment. ad Kalendar. marm. ad XIV. Jun.) vix duobus stadiis ab Urbe aberat. Ergo distantia isthaec stadior. IV. nos ad coemeterium, sive cryptam, quae aedi extramuranae S. Januarii a Septentrionib. imminet, manu ducit: quae videtur prima Fortunati & Maximi sepultura fuisse potius, quam S. Fortunati ecclesia; in qua non nisi postmodum a Paulo Seniore medio

attentus reperiet. IV. Vltima illa fuit, qua amborum exuviae in aedem S. Ephebi (vulgo *S. Efrimo Vecchio*) demigrarunt: certe quia ſub ejus aedis Altari anno 1589. inventae fuerunt: de qua inventione ac ſimul de titulo ibi reperto jam eſt dicendum.

§. II. *De SS. Fortunati & Maximi in aede S. Ephebi inventione.*

EXSTANT hujus inventionis acta apud Papebrochium ad XXIII. Maii in S. Ephebo: quae avidus lector adeat, cenſeo, aut noſtrum ſaltem Comment. pag. 623. toto capite IV. Hoc ſolum hic praeterire non queo, quod cum horum duovirûm lipſanis ſimul marmorea tabella patuit, his verbis inſcripta. HIC IACENT CORPORA SANCTORVM

dio VIII. ſaeculo hi duoviri inhumati fuerunt: de quo §. ſeq. Pergit: *Deinde poſt longo tempore populi . . . ab Eccleſia ſui nominis transferentes . . collocarunt in Stephania*. Hic me caligo circumſtat. Nam quandoquidem Paulus Senior (uti §. ſeq. dicam) poſt ſaeculi VIII. medietatem aedem Fortunati condidit, in eaque SS. Fortunati, & Maximi corpora collocavit; quo pacto octoginta plus minus annorum tempus (totidem enim ferme ab illo Pauli ſenioris facto ad ſollemnem ſub Joanne IV. Sanctor. Epiſcoporum translationem fluxerunt) *Longum* vocatur *tempus*? *Deinde*, inquit, *poſt longo tempore*. Ergo in Comm. ad Kalend. p. 619. num. VI. non dubitavi mutilum eſſe Joannis locum, ac per ea, quae intra parentheſim interponam, eſſe ſupplendum. *Deinde poſt longo tempore*, h. e. quadringentis ferme poſt relatas ab exſiliis amborum reliquias, & in crypta ſepultas. Sed illuc redeo. *Deinde poſt longo tempore (in Eccleſiam ſui nominis translatus fuit. Ac tandem) populi patrocinia ejus petentes, ab Eccleſia ſui nominis conſecrata transferentes, per manus Pontificum collocarunt in Eccleſia Stephania partis dextrae introeuntibus &c.* Cum his vero congruunt duae S. Maximi ttanslationes. *Et ipſe* (ait in Maximo) *prius in Eccleſia beati Fortunati, Sacerdotis & Chriſti Confeſſoris, eſt conditus: nunc vero in Oratorio Eccleſiae Stephaniae, parti laevae introeuntibus, ſacro Altario adeptus exſultat*. Nam Maximi primam in coemeterium ex loco exſilii translationem aut neſcivit aut minus expeditam habuit.

RVM MAXIMI ET FORTVNATI SVB PAVLO PRIMO. Cetera sive detruncato in marmore deerant; sive ex obsoletâ jam scripturâ legi nequiverunt: nam ea tabella nunc non visitur, facile cum lipsanis condita. Ceterum *Paulus* hic *Primus* est ille Kalendarii marmorei Paulus Major, uti toties dictum fuit, qui post medium VIII. saeculum sedit.

Quae cum ita sint; non potuit hic tituli auctor significare, hasce reliquias sub Paulo primo in S. Ephebi translatas fuisse; quia post hunc Paulum transvectae ex S. Fortunati Ecclesia in Stephaniam fuerant, ex qua Stephania non nisi diu post Paulum eumdem transportari in S. Ephebi aedem potuerunt. Ergo videtur is titulus ita suppleri debere, ut tota translationum historia pertexatur, exceptâ illa prima ex loco exsilii, quam epigrammatis auctor juxta cum Joanne diac. ignoravit. Nunc quandoquidem verba ipsa inscriptionis adnumerare lectori non possum, at dabo sententiam, quam verba deperdita debuerunt exprimere. Id vero supplementum minoribus litteris ab eo quod superest inscriptionis, distinguam. HIC IACENT CORPORA SANCTORVM MAXIMI ET FORTVNATI SVB PAVLO PRIMO *olim in Ecclesia S. Fortunati* (quam ab eod. Paulo I. factam ad ea sepelienda puto) *simul condita*, *deinde sub Joanne Scriba in Stephaniam translata*, *postremo sub* . . . (τῷ (23) δεῖνα) *in S. Ephebi Ecclesia*

[23] Haec corpora ex Stephania in S. Ephebi sub Marino Archiep. fuisse traducta, Papebrochius loco cit. levissimis conjecturis ductus auguratur. Sane si formam characterum tabellae liceret inspicere, possemus inde aetatem scripti marmoris, ac proinde translationis ultimae ταχύτερον augurari. Nunc nihil horum licet.

sia junctim collocata. Hanc sententiam fuisse tituli praestare possum: de verbis, quae vetustas invidit, praestare nihil possum.

CAPVT VI.

De S. SEVERO Episcopo Neap. relicta.

DE Severo nostro in Commentario ad XXIX. Aprilis liberali manu satis multa lectori apposui: & tamen adhuc quaedam παραλειπόμενα (*relicta*) restant: quibus cur Sanctorum gloriae cupidos defraudem nulla est causa. Ergo ex S. Ambrosio Symmachoq. primum hauriemus scitu digna; tum ex Fastis marmoreis, ex Joanne diacono, Laterculoque Blanchini fructum, quem possumus, capiemus. Postremo quae in Comment. ad Kalend. antecepimus, ex iis gustationem magis, quam tota fercula convivis jam fastidientibus ingeremus.

SECTIO I.

S. Ambrosii, ad hunc Severum epistola illustratur. Tempus quo scripta fuerit; deque Jacobo Persa. Altera Symmachi de Severo epistola exponitur. De aliis duabus ejusdem epistolis.

INTER Ambrosianas epistolas, quae in Benedictina editione nona & quinquagesima numeratur, ea *Severo Episcopo* (haud alii certe, quam huic (1) de quo agimus) inscribitur. Vtinam vero annum quo missa fuit, certo tenere possemus: id enim tum ad Ambrosii, tum etiam Severi res magni interesset:

(1) Consentit Baronius, & quotquot sive Ambrosii scripta, sive Severi Neap. res attigerunt.

set: de quo in imo (2) margine pauca illevimus. Ea tota Epistola sic se habet.

Ambrosius Severo Episcopo.

I. *Ex ultimo Persidis profectus sinu Jacobus* (3) *frater*

(2) *De Ambrosianae ad Severum epistolae anno.*

Hunc cognosse annum permagni tum ad Ambrosii tum etiam Severi nostri res interest. Duo sunt interim ejus epistolae loca, ex quibus id decernere liceat; unus num. IV. ubi se annum tertium & quinquagesimum tunc natum fuisse dicit. At ex eo nihilo certiores evadimus; cum quoto Christi anno natus Ambrosius fuerit, incertum sit. Imo contra haud facile aliunde melius quam ex anno epistolae hujus (si quidem teneri possit) praesulis aetas decerni solet. Alter locus exstat num. III. ubi sic exorditur: *Nos autem objecti barbaricis motibus* &c. Ex quo loco tutius fuerit huic epistolae simulque Ambrosio aetatem assignare.

Duplex porro de ea re circumfertur sententia. Baronius, (quem secuti sunt Vghellus & Bollandistae in hoc S. Severo) motus istos ad Maximi tyranni bella retulit: proinde scriptam epistolam censuit anno 387. decennio ante mortem Ambrosii: quem pridie Non. Aprilis anni 397. ad caeli gaudia transiisse, inter eruditos convenit. Ergo cum, hanc scribens epistolam, *annum tertium & quinquagesimum* (uti loquitur) *jam perduxisset* h. e. implevisset; ex eo consequitur, mense Aprili anni 397. annum tertium ex sexagesimum ei fuisse absolutum, decurrente interim sexagesimo quarto.

Contra vero Hermannus in gestis Ambrosii eum suis asseclis maluit *motus barbaricos* illos de Eugenii tyranni irruptione in Italiam interpretari: quam ineunte anno 393. factam Benedictinus editor Ambrosii cum aliis putat. Ex quo sequitur Ambrosium ineunte anno 397. jam absolvisse annum septimum & quinquagesimum, mense vero Aprili (quo mortem obiit) jam inchoasse annum LVIII.

Ex his sententiis Baroniana magis cum iis Ambrosii locis consentit, in quibus de sua senili aetate expostulat. Nam quinquaginta & quod excurrit annos dumtaxat natum vix est ut senem vocare queas. Baronianam interim alteri anteponimus. Ex qua consequitur, Ambrosium anno 333. aut 334. nasci debuisse. At alterius opinionis patroni annum 340. ei natalem assignant.

(3) Quodnam Persicae gentis de Ambrosio judicium fuerit, declarat Paulini narratio in Ambrosii vità ad S. Augustinum

num scriptâ cap. 25. Quae quidem cum statim post repulsum ab Ecclesia Theodosium narrentur ab hoc ipso Paulino videtur ad annum circiter 390. referri posse. Ea narratio sic incipit. *Per idem tempus duo potentissimi & sapientissimi viri Persarum ad famam Sacerdotis venere Mediolanum, deferentes secum plurimas quaestiones, ut ex his probarent sapientiam viri: cum quo ab hora diei prima usque in horam tertiam noctis per interpretem disputaverunt, admirantesque discesserunt ab eo. Et ut se probarent non ob aliam causam venisse, nisi ut certo certius nossent virum, quem fama compererant: alia die valefacientes Imperatori, profecti sunt ad urbem Romam, illic volentes cognoscere potentiam illustris viri Probi: qua cognita, ad propria remearunt.* Haec eo praemisi, ne cui mirum videatur si Jacobo huic Persae usus aliquando cum Ambrosio fuerit.

Utinam autem, quid hoc Jacobo factum deinde fuerit, scire liceret: quod ut investigarem, nonnulli amicorum, cum quibus de Ambrosii epistola sermo incidit, a me flagitarunt. Sed in tanto vetustatis naufragio quid sperari possit?

Jam inde ordiar. In fastis marmoreis die XXVII. Novembris celebratur P. (i. e. *passio*) S. JACOBI DE PERSIDE: qui huc non pertinet. Est enim S. Jacobus ille Martyr, qui vulgo *Intercisus* dicitur, qui post quadrigentesimum Christi annum sub Isdigerde Persarum Rege membratim concisus interiit. Nec porro huic Neapolitano incolae cum *Interciso* quidquam commune fuit. Circumstantiae enim sunt utrinque diversae.

Sed & in Neapolitanae Eccles. Kalendario, contexto circa finem saec. XII. (quod in Appendice lectori sistam) eodem die 27. Novemb. sic signatur: *Jacobi Epi. & Confess.* Hic vero diversus ab Interciso fuit, verum in hunc diem conjectus de more videtur, quo alius *συνώνυμος* (*cognominis*) nempe ille *Intercisus* colebatur. Nihil igitur mallem (si quidem id ostendi posset) quam Jacobum Ambrosianum, hujus urbis incolam, alicujus vicini Oppidi Episcopum electum aliquando fuisse, ac post mortem inter Sanctos relatum; ejusque celebritatem in Neapolitanis Kalendariis in gratiam Neapolitanae commorationis adnuntiari placuisse. Fateor hanc tamdiu fore hariolationem levissimam, donec id ratione aliqua fulciri possit. Interim tamen cum in nullo prorsus Ecclesiasticorum librorum Jacobus alius Episcopus sive die 27. Novemb. sive alio vicino compareat; ex eo suaderi potest, eum fuisse unum ex *ἐγχωρίοις* (*localibus*) Sanctis, Neapolis aut Campaniae peculiarem, ac facile Persam illum commendatitiis Ambrosii ad S. Severum litteris illustrem.

Hactenus satisfeci amicis: mihi ipse satis nec feci nec faciam. Cur enim non Nisibenus sit? Nam etsi Nisibenus Jacobus

ter & compresbyter noster, Campaniae sibi ad requiescendum littora, & vestras elegit amoenitates. Advertis, quibus in locis quasi ab hujus mundi vacuam tempestatibus suppetere sibi posse praesumpserit securitatem: ubi post diuturnos labores reliquum vitae exigat. II. *Remota enim vestri ora littoris non solum a periculis, sed etiam ab omni strepitu tranquillitatem infundit sensibus, & traducit animos a terribilibus & saevis curarum aestibus ad honestam* (4) *quietem; ut illud commune omnium, specialiter* (5) *vobis videatur congruere & convenire, quod ait David de sancta Ecclesia*: Ipse super maria fundavit eam, & super flumina praeparavit eam. *Etenim liber animus a barbarorum incursibus & praeliorum acerbitatibus, vacat orationibus, inservit Deo, curat ea quae sunt Domini, fovet illa quae pacis sunt & tranquillitatis.* III. *Nos autem objecti barbaricis motibus, & bellorum procellis, in medio versamur omnium molestiarum freto, & pro his laboribus & periculis graviora colligimus futurae vitae pericula. Vnde de nobis propheticum illud concinere videtur*: Pro laboribus vidi tabernacula Aethiopum.

Hh IV.

bus Idibus Juliis in Latinorum Mrologiis colitur; tamen Neapolitani (quibus Idus illae potiore festo S. Athanasii Episc. Neap. occupatae fuerant) maluere Nisibenum in eum diem trajicere, quo die olim in Fastis marmoreis alius Jacobus cognomento *Intercisus* notabatur. Idque eo fidentius fecere, quod idem Nisibenus prid. Kal. ejusdem mensis Novemb. in Sirleti Menologio adnuntiatur. Sed prior ratio potior, a Kalendarii marmorei hononymo Sancto petita.

(4) *Otium* Neapolitanum his tam multis designat, antiquis celebratissimum. Ac memini me alicubi in Tyrrhenicis originibus de Neapolitanis otiis plurima veterum testimonia corrasisse.

(5) Huc etiam illud pertinet, quod Neapoli nulla Christianorum insectatio desaeviisse memoretur.

IV. *Etenim in istius mundi tenebris, quibus obumbratur veritas futurae perfectionis; cum annum* (6) *tertium & quinquagesimum jam perduxerim in hoc corpore situs, in quo tam graves jam dudum sustinemus gemitus; quomodo non in tabernaculis Aethiopum tendimus, & habitamus cum habitantibus Madjan? qui propter tenebrosi operis conscientiam dijudicari etiam ab homine mortali reformidant*: Spiritalis enim dijudicat omnia, ipse autem a nemine dijudicatur. *Vale Frater, & nos dilige, ut facis; quia nos te diligimus.*

Exstat porro & Symmachi epistola: non illam dico, quae VIII. *6. Severo* cuidam inscribitur (nam *Severus* ille est prorsus a Nostro alter) verum quae libri VII. est una & quinquagesima: qua in epistola Decio (7) rectori Campaniae, ac Neapoli plerumque degenti, ita nostrum Severum commendat, ut id praeconium a pagano profectum existimationem Episcopo nostro summam conciliet. Ea est ejusmodi.

Symmachus Decio.

Habeant fortassis aliae commendationes meae interpretationem benignitatis. Ista judicii est. Trado (8) *enim*

(6) De hoc loco vide dicta sup. Adnot. 2. Cum haec scribebat, annum LIII. *perduxerat* h. e. absolverat, & annum LIV. ingressus fuerat.

(7) Ad hunc Decium quinque & viginti Symmachi epistolae libri VII. exstant: ex quibus hunc & Campaniae rectorem aliquando fuisse, eoque tempore Neapolitano incolatu sese oblectasse, sed & eumdem in Vrbana praefectura Flaviano successisse intelligitur.

(8) Qui vel in his pauculis huc usque verbis Atticam illam Symmachi *rotunditatem*, quae Apollinari Sidonio (I. ep. 1.) admirationi fuit, non persentiscit, nae is excors est, & sensu communi caret. Huc quod attinet: *Trado* absolute positum tantum-

enim ſancto pectori tuo fratrem (9) *meum Severum Epiſcopum*, *omnium* (10) *Sectarum atteſtatione laudabilem: de quo plura me dicere & deſperatio aequandi meriti*, *& ipſius pudor non ſinit*. *Praeterea teſtis, non laudatoris partes recepi*, *tibi reſervans morum ejus inſpectionem*. *Quam cum penitus expenderis*, *reperies me ceſſiſſe* (11) *ejus potius laudibus*, *quam per negligentiam defuiſſe*. *Vale*.

Hh 2 Sunt

tumdem eſt quod *Commendo* & concilio. Hor. I. Serm. 9. *Hunc hominem poſſes ſi tradere*, h. e. commendare Maecenati.

(9) Symmachum fuiſſe pontificem, conſtat ex lib.I. ep.41. 45. II. 36. IX. 99. & ex locis aliis. Hinc Chriſtianos imitatus, Severum Chriſtianum Pontificem ipſe Pontifex profanorum ſacrorum, *Fratrem* ſuum appellat. Porro Julianum παραβάτην aemulatorem Chriſtianorum inſtitutorum fuiſſe, eaque maximo ſtudio tranſportaſſe in ethnicifmum, protrita res eſt; eoq. exemplis abſtineo. Hinc quia Sacerdotes Chriſtiani collegas ſuos *Fratres* compellabant; hoc & pagani arripuerunt. Ac ſane tritiſſima eſt apud Symmachum *Fratrum* vox ex Chriſtianorum imitatione uſurpata. Ab eo eſt, ut non tantum ethnici Sacerdotii participes vocaret *fratres* (ſicuti Flavianum in epiſtolis *Fratrem* inſcribit: quem unum ex profano collegio fuiſſe conſtat ex lib. II. ep. 36.) ſed & eodem compellationis genere noſtris Epiſcopis adulatur ingratiis. Hinc etiam vides, ſub Chriſtianis principibus odium illud in Chriſti cultores Vatinianum defediſſe, ac ſatis habuiſſe gentiles, ſi ruentes ethnicae ſuperſtitionis parietinas quibuſcumque fulcris poſſent, ſuſtentarent.

(10) Nempe hoc vere illud eſt, quod in Chriſtiani ritus Pontifice requiſierat Apoſtolus 1. ad Tim. III. 7. *Oportet autem illum & teſtimonium habere bonum ab iis qui foris ſunt*, *ut non in opprobrium incidat*. Talem fuiſſe Severum, luculentiſſimus teſtis eſt Symmachus, quippe ab aſſentationis ſuſpicione alieniſſimus, utpote *extorris Teſtamentorum*, uti loquitur Paulus. Huic igitur a Chriſtianarum ſtudio partium remotiſſimo id vis veritatis extorſit; ut non tantum ſuo extero teſtimonio Severum cohoneſtaret, verum etiam *omnium ſectarum atteſtatione laudabilem* diceret. *Omnium ſectarum* ambitu primum quidem gentiles complectitur, deinde Chriſtianos, tum Judaeos, Samaritas, Manichaeos, & ſiquas alias peſtes ea comprehenſione vocabuli contineri voluit.

(11) Me laudibus mea facultate ſuperioribus victum ceſſiſſe.

Sunt praeterea duae aliae Symmachi de Severo epistolae (nim. lib. VI. 39. & 50.) quas omitto; cum utrum sive utraque sive alterutra de Nostro loquantur, possit (12) dubitari.

SECTIO II.

Ex Fastis marmoreis, ex Joanne Diac. & Blanchini Catalogo excerpta proferuntur.

I. DE Severo Ephemerides marmoreae die XXIX. Aprilis sic nuntiant: DP. S. SEVERI EPI NRI. Ex quo discimus, verum Depositionis diem in XXIX. Aprilis, non in XXX. (quo nunc colitur) incidisse. Quaeritur ergo quam pridem & qua de causa loco suo motus Severus, & affixus diei sequenti fuerit. Dixi in Comment. ad Kalend. marm. pag. 258. id paullo post annum 1274. (quo anno Carolus II. Rex aedem S. Petri Mart. aedificavit) contigisse. Jam tum enim eo usque hujus Martyris veneratio Neapoli crevit, ut ejus festum die suo (h. e. die XXIX. April.) celebrari decreverint; eoque factum ut S. Severum sede sua motum in diem se-

(12) Epistola quinquagesima libri VII. inscripta Nicomachi filiis sic exorditur: *Homine nostro ad Campaniam revertente, scribenda consumpsi* (iis, inquit, litteris, quas tabellario perferendas dederam, jam omnia, quae scribi opus fuerat, complexus eram, atque consumpseram) *& tamen SANCTUM ATQUE HONORABILEM VIRUM PARENTEM VESTRUM* (possit haec esse Episcopi periphrasis) *SEVERUM nolui abire vacuum litterarum mearum:* quas scilicet a me vobis Severus redderet. Tum cetera exsequitur. Haec quidem potest de Severo Episcopo non incommode intelligi.

At epistola 39. ejusdem libri, quae eisd. Nicomachi filiis inscribitur, facile de alio Severo loquitur: cujus initium est hujusmodi: *amicus noster Severus molestia publica* (nempe alicujus magistratus, honoris, publici muneris) *liberatus in patriae otium revertitur* &c. De Otio Neapolitano vide sup. Adnot. 4.

sequentem traduxerint. Sed porro cum in ultimum Aprilis diem Depositio S. Pomponii Episc. Neap. incurreret; hunc S. Severo (in quem , utpote jam tum inter Patronos numeratum , proniora quam in Pomponium studia Neapolitanorum erant) concedere necesse fuit. Quapropter ab illo tempore Severus quidem ultimo Aprilis die, Pomponius autem die XIV. ejusd. mensis celebrari coepit.

Et quidem non ante modo notatum tempus, h. e. finem XIII. saeculi id accidisse, praeter hanc probabilissimam conjecturam, quam fusius in Comment. pag. 258. exposui , ex hoc etiam novo argumento conficitur, quod in Kalendariis Carolo II. antiquioribus adhuc SS. Severus atque Pomponius in pristina statione sua perstabant. Nam in Neapolitanae Ecclesiae Kalendario circiter ann. 1200. recensito (quod in Appendice daturi sumus) adhuc Severus die XXIX. Pomponius die XXX. Aprilis proponebatur. At vero in quibus Kalendariis, Chioccarello & Caracciolo testibus, Severi sollemnitas die XXX. Aprilis signatur, ea saeculo XIV. antiquiora non esse certissimum habeo. Cetera quae ad diem festi pertinent, in cit. Comment. videantur.

II. Venio ad Joannis chronicon, & Blanchini catalogum. Prior sic exorditur. *Severus Episc. sedit ann. XLVI.* (Blanchin. XLVII.) *mens. II. dies XI. Hic fecit basilicas quatuor : unam foris Vrbem juxta S. Fortunatum*, Blanchinianus: *Juxta sanctam Susanna & nominis sui*. Quod *Susannam* pro *Fortunato* posuerit, id eo forsitan factum, quod ea basilica, uti plures aliae, binominis fuerit ; nam & *S. Fortunati* & *S. Susannae* vocabatur. At illud *Nominis*

minis ſui docet, hanc Severianam baſilicam, aedi S. Fortunati propinquam, ab auctore S. Severo ſibi nomen quaeſiviſſe: proinde non alibi quaerendam, quam ubi etiam nunc eccleſia *S. Severi a Peruozzo*, cum Franciſcanorum coenobio viſitur.

Pergit Joannes: *Et aliam in Civitate mirificae operationis* (pro Graeco ἐργασίας) *in cujus apſide depinxit ex muſivo Salvatorem cum XII. Apoſtolis ſedentem, & habentem ſubtus quatuor Prophetas:* Majores ſcilicet: quorum quid quiſque manibus gereret, quidve inſcriptum haberet, mox refert. Ac notandum eſt quod hujus Prophetici quaternionis ultimus non *Ezechiel* ſed *Ezechias* Joanni vocatur: quod & apud alios aevi ſequioris ſcriptores legiſſe (13) memini. Ceteroqui ea duo vocabula Hebraice ſunt plane ſynonyma.

Sequitur: *Prius ipſe foris Vrbem jacuit in eccleſia ſui nominis conſecrata*. Haec eſt illa aedes *S. Severi a Peruozzo:* de qua proxime dictum fuit, quaeque etiam in Blanchiniano *Sui nominis* dicitur: Caſtigate vero loquitur: nam *In Eccleſia ſui nominis conſecrata* dixit. At qui hoc inficeto ſaeculo baſilicarum inſcriptiones pangunt, ſibi temperare non queunt, quin *Eccleſias* huic aut illi Sancto *Sacras* inſcribant, repugnantibus Tridentinis Patribus, imo & Caelicolis ipſis id graviter averſantibus.

Sub haec ſtatim ſubjicit. *Nunc vero requieſcit in ea ipſa Eccleſia Neapoli conſtituta, quam alii Severianam, alii propter oratorium ibi factum, Sanctum Georgium vocant*. Id nomen hodie dum obtinet.

Et

(13) Ex quo licet conjicere, in nonnullis illius aevi Bibliis quartum Prophetam ſcribi *Ezechiam* conſueviſſe.

Et quia ὕϛερον πρότερον de sepultura, antequam de Ecclesiarum quaternione sermonem absolveret, interjecerat; haec postremo addit: *Et fecit Monasterium sancti Martini, & sancti Potiti Martyris*. Hae sunt tertia & quarta Ecclesia: quem sibi numerum initio proposuerat. At in Lectionibus S. Severi anno 1525. editis quinta insuper (nim. *Ecclesia S. Januarii* extramurana) additur praeter verum.

SECTIO III.
De Actis S. Severi, quae in Vghello & Bollandistis leguntur.

DE his Actis pessime Chioccarellus, Caracciolus, Ughellus, & Bollandistae judicarunt, dum ea IX. saeculo antiquiora censuerunt. Nimirum hanc tantae antiquitatis laudem ex eo promeruerunt haec Acta, quod inter cetera inquinamenta, hac etiam foedantur sorde turpissimâ, quod S. Januarii corpus (quod recte Joan. diac. ab S. Joanne I. Neapolim translatum docuerat) contra in his Actis ab Severo translatum traditur, &, quod multo deterius est, additur: *In qua* (extramurana S. Januarii ecclesia) *nunc* (S. Januarius) *requiescit usque in praesentem diem*. Ex hoc igitur tanto flagitio his Actis merces, immodica fateor, persoluta fuit, ut antiquiora Sicone Beneventano putarentur, qui IX. ineunte saeculo Januarii reliquias Neapoli Beneventum abstulit. Nam, inquiunt, si posteriora fuissent IX. saeculo; nunquam scriptum fuisset in his Actis, ibi S. Januarium *requiescere usque in praesentem diem*. Sed enim quid huic crassioris ingenii historiographo faceres: qui nec Anonymum Salernitanum legerat (apud quem exstat sub-

sublati a Sicone corporis S. Januarii historia) & extramuranae S. Januarii Ecclesiae monachis aut clericis crederet suadentibus, ibi adhuc S. Martyris reliquias requievisse? sexcenta parium imposturarum exempla afferre possem: ex quibus ostenditur, post furto sublata corpora, imo & interdum aedituorum permissu concessa, tamen ab eo nunquam fuisse cessatum, ut multitudini suadeatur, reliquias adhuc in pristinis illis arcis, quae jam inanes supersunt, asservari. Sed istiusmodi exemplis abstineo, nequem forte coetum offendam. At id unum indignor, quod Actorum S. Severi scriptor per haec peccata in historiam gravissima eo sibi affectarit viam, ut antiquior Joanne Levita, Sicone antiquior haberetur. Quem XIII. saeculo haud antiquiorem fuisse, ex iis animadversionibus constat, quas in ea Acta conscripsimus in Comment. a pag. 260. ac tota Adnotatione 114. Quem locum adeas, censeo. Sunt enim ceteroqui in ea S. Severi vitâ sane plurima, quae tollere cum fructu possis.

C A P V T VII.

De S. VRSO Episcopo Neap.

DE hoc S. Vrso differui copiose in Comment. ad Kalend. ad XXI. Febr. a pag. 64. ad 67. Hic pauca perstricturus, a Fastis marmoreis ordiar: in quibus die XXI. Febr. sic scribitur: DEP. VRSI EPI NRI, h. e. *Depositio Vrsi Episcopi nostri*. Et quidem nonnisi unus hujus nominis Episcopus ab Joanne diac. recensetur is, qui S. Severo sub ann. 400. successit. Nam alter *Vrsus*, qui ineunte IX. saeculo ab Anonymo Salernitano, ubi

de

de Sicone Neapolim obsidente, memoratur, is numquam Episcopus, sed tantum (1) *Electus* fuit.

At de S. Severi successore Joannes sic num. XIII. memorat. *Ursus Episcopus sedit annos IV. Fuit autem temporibus Damasi Papae, & Valentiniani Augusti . . . Ipse vero Ursus Episcopus sepultus est in Cymiterio* (2) *foris ab Urbe, ubi & beatus requiescit* (3) *Epherus*. Hic idem Vrsus in vita S. Severi diaconus tunc fuisse traditur, & ipsius S. Severi (4) nepos.

Exsistit autem hic quaestio difficilis, an non hic Vrsus Severi successor, cujus in marmoribus nostris *Depositio* recolenda proponitur, idem plane atque *Vrsinus* sive *Vrsicinus* fuerit (nec enim haec nominum diversitas (5) obest) ille, inquam, fuerit celeberrimus

Ii

(1) De hoc Vrso Electo vide in cit. Comment. p.64. & 65.

(2) *Coemeterium* illud κατ' ἐξοχὴν & absolute usurpatum non aliud fuit, quam quod basilicae S. Januarii extra moenia imminens, etiam nunc visitur.

(3) Legendum est *Ephevus* pro *Ephebus*; nec aliter quam *Ephevus* memini hujus Episcopi nomen reperisse scriptum in Tutiniano hujus chronographi apographo.

Jam vero pro *Requiescit* Joannes scripsisse videtur *Requievit*. Nam Ephebum inde in Stephaniam fuisse traductum, ipsemet Joannes in Ephebo ostendit. Simile est illud *Quievit* quod mox leges p.256. v.2. Aut, si quidem τὸ *Requiescit* ab hoc ipso Diacono sit; dicendum erit, haec verba Nostrum totidem verbis descripsisse ex aliquo priore chronographo, qui haec ante S. Ephebi in Stephaniam translationem isto modo, quo nunc apud Joannem legimus, memoraverat.

(4) In S. Severi vita diu post Joannem diac. scripta (apud Vghellum in S. Severo edit. Ven. col. 39. A) *Tunc unus ex circumstantibus* (qui Severo morienti aderant) *Vrsus diaconus nepos ejus* (Severi) *qui post ejus transitum ipse Episcopus ordinatus est, cum hoc audisset &c.*

(5) Nam sexcenties hoc inculcavimus, nomina primitiva cum suis diminutivis permutata reperiri; sicuti hodie dum apud Italos *Francesco* ab suo ὑποκοριστικῷ *Franceschino*, *Nicola* a *Nicolino* &c. minime differunt.

mus S. Damasi in pontificatu aemulus. Et eumdem plane fuisse, suadet libri (6) Pontificalis auctoritas, eum ejectum ab Vrbe, & Neapoli constitutum Episcopum memorantis: suadet & chronographi nostri auctoritas, qui, uti vidimus, Vrsum Severi successorem sub Damaso Papa fuisse notat.

Tamen S. Vrsum Severi successorem ab Antipapa fuisse diversissimum, tam certum est, quam quod certissimum. Taceo hic argumenta plurima, quibus id in Comm. ad XXII. Febr. liquido demonstravi. At credi ne potest Antipapam illum (7) sceleftissimum, eumdem atq. hunc Severi successorem, qui a Neapolitanis colebatur, esse potuisse? Deinde chronotaxis rerum Antipapae Vrsini vetat eum succedere S. Severo potuisse: de quo inferne (8) adnotata videbis.

Verum quid respondebitur Joanni diac. qui Vrsum Severi successorem aequalem Damaso fecit? quid

(6) In libro Pontificali, narrato Vrsicini schismate, haec adduntur: *Et facto Concilio Sacerdotum, constituerunt Damasum ... & Vrsicinum ejecerunt ab Vrbe, & constituerunt eum Neapoli Episcopum.*

(7) De cujus turbulento ingenio satis superque docent ejus temporis historiae atque Concilia, & Ambrosii epistola quae in edit. Bened. undecima est.

(8) Is post Liberii mortem (quae anno 366. die 24. Sept. ex Libello Marcellini & Faustini contigit) in Damasum schisma conflavit; ac paullo post a Juventio Praef. Vrb. ejectus est. Anno seq. a Praetextato (qui mense Aug. in Vrbana praefectura Juventio successit) revocatus, atque iterum relegatus, in Galliis annis XV. exsulavit. Anno igitur 371. laxiora viro ambitioso exsilii spatia indulta fuerunt: quo tempore Mediolani [uti constat ex Ambrosii ep. XI. scriptâ anno 381.] & alibi res turbavit. Ad ultimum cum iteratas in Damasum per quemdam Judaeum turbas concivisset; in Hispanias est amandatus.

Atqui S. Severus Neapolitanus facile initia saeculi V. tetigit

quid libro Pontificali, qui Antipapam Vrſinum epiſcopum Neapoli conſtitutum prodidit?

De Diacono quidem prona eſt reſponſio. Nam millies hunc chronographum inſcitiae temporum accuſavimns: cui hoc perpetuum in quarto & quinto ſaeculo fuit, ut Neapolitanos Antiſtites in anteriora retraheret, dum eos cum antiquioribus Romae Epiſcopis & Imperatoribus ſemper nectit. Non miror igitur, ſi Vrſum cum Damaſo comparavit: mirarer ſi ſecus feciſſet.

De pontificali vero libro, alibi a me reſponſum fuit, facile auctorem vitae Damaſi (quem apparet rebus geſtis diu poſteriorem fuiſſe) opinione ſua falſum, dum cognomines duos (nim. Vrſum Neap. Epiſcopum, & alterum aemulum Damaſi) in unum confudit: praeſertim cum Marcellini libellus, qui ex Vrſini Epiſcopatu Neapolitano fructum aliquem capere potuiſſet, de eo taceat.

Verum quia grave eſt auctori, quamvis non aequali at certe ſatis antiquo, contraire; volo nunc id largiri, Vrſinum Antipapam aliquando Neapolitanam cathedram ante Severum Epiſcopum occupaſſe; at latrocinio tamen (9) magis, quam legitima

 or-

tigit: quantum quidem ex cathedrae annis tum hujus S. Vrſi, qui Severo ſucceſſit, tum etiam S. Joannis (qui poſt Vrſum ſedit, & anno 432. haud dubie obiit) in unam ſummam collectis poſſumus iutelligere. Ergo Vrſinus ille, qui anno 366. Romanam cathedram affectavit, nullo modo potuit ad annum ferme quadringenteſimum prorogare vitam, ut S. Severo in Epiſcopatu Neapolitano ſuccederet.

(9) Nam quia Joannes diac. nullius Vrſi ſive Vrſini aut Vrſicini, qui Severo antiquior fuerit, mentionem fecit; id argumento eſt, Damaſi aemulum, ſi quo tempore Neapolitanam cathedram tenuit, eam furto potius invaſiſſe, quam rite intraſſe per oſtium; eoque in Diptychis & Epiſcoporum catalogis nullam ejus habitam rationem fuiſſe.

ordinatione id accidisse, eumque brevissimo tempore loco suo stetisse. Res quemadmodum geri potuerit, inferne (10) expositum reperies.

CAPVT VIII.

De S. IOANNE I. Episcopo Neap.

DE hoc si quis avet plura cognoscere, adeat nostrum ad Kalend. marm. Commentarium ad III. April. a pag. 138. ad 149. At hic principio ejus beatam abitionem ab Vranio aequali scriptore descriptam cum aliquot adnotatis, cumq. lectionibus Cor-

(10) Ex his quae Pagius ad ann. 367. num. II. demonstravit, Juventius mense Augusto anni 366. Vrbi praefectus erat. Ejusdem anni mense Septembri ineunte Liberium Papam mors occupavit: post cujus obitum Vrsinus a factione sua Romae Episcopus ordinatus, paullo post (h. e. facile exeunte eod. anno, aut sub anni 367. initia) ejectus ab Vrbe a Juventio praefecto fuit, teste Ammiano. Is cum mensibus aliquot exsulasset, mox a Praetextato Juventii successore (quem ex Cod. Theod. apparet mense Augusto anni 367. jam Vrbi praefectum fuisse) est revocatus: eodem ne anno, uti credo, an ineunte anno 368., haud facile dixerim. Ac tandem ab eod. Praetextato in Gallias est relegatus.

His positis, nihil impedit, quo minus tempore prioris exsilii cathedram Neapolitanam Vrsinus ambierit. Et cum ea tempora ob Arianorum factiones minus tranquilla, tum alibi, tum etiam in hac urbe fuisse constet; quid miramur, si homini astuto ac versipelli quo jure quaque injuria invadere in sedem Neapolitanam licuerit? Hoc si quidem factum fuisse placuerit; statim post Zosimi pseudo-episcopi Neapolitani poenitentiam, & abdicationem episcopatus id contigisse necesse est. Confer quae de hoc Zosimo diximus Cap. V. ex Marcellini Libello.

Hujus autem Vrsini non magis habita est in Catalogis Episcoporum ratio, quam Zosimi decessoris. Uterque enim fur erat & latro; eaque de causa praeteriri ambos oportuit.

Memini in Comment. ad Kalend. ubi de S. Vrso, a me nonnullorum mentionem fuisse factam, qui de Vrsino isto episcopatui Severi praeponendo cogitaverint. At simul memini, eos ut satis rei suae satagerent, pensi non habuisse.

Corſiniani codicis dabimus: cui pauca ex Joanne diac. adnectemus. Ad ultimum ejuſdem narrationis in S. Joannem IV. transfuſae flagitium ex eodem Corſiniano cod. profligabimus.

Vranii Preſb. pars Epiſtolae de Obitu S. Paulini Nolae Epiſcopi ad Pacatum.

VErumtamen & hoc quod ad meritum ſancti Paulini pertinet, veneratio tua debet agnoſcere, quod etiam ſanctus Joannes Neapolitanae urbis Epiſcopus a Domno Paulino de hac vita ad Chriſtum accerſitus atq. evocatus agnoſcitur. Nam ante diem tertium, quam de hoc mundo ſanctus Joannes ad Dominum (1) *migraret, retulit ſe vidiſſe ſanctum Paulinum, angelica dignitate veſtitum atque ornatum, totum niveum, totum ſidereum, atq. odore ambroſio renidentem, favum etiam candidiſſimum* (cod. Corſin. *candidiſſimi*) *mellis in manu tenentem, ac dicentem ſibi: Frater Joannes quid hic facis? ſolve vincula taediorum tuorum, & jam ad nos veni; haec enim eſca, quam in manu teneo, apud nos ſatis abundat. Et cum haec dixiſſet, complexus eſt eum, & immiſit in os ejus partem favi illius: cujus dulcedinem atq. odorem ita S. Joannes concupiſſe-*

ſe

(1) Ex Corſiniano quingentorum annorum codice miſit mihi vir doctiſs. Conſtantinus Rogerius Imperiali biblioth. praefectus lectiones Vranianae epiſtolae a vulgato textu diſcrepantes: quas ſi tunc habuiſſem, quando ad XXII. Junii totam hanc epiſtolam illuſtravi, ex iis etiam lucem meo Commentario praetuliſſem. Sunt enim ſane quam commodiſſimae lectiones: quibus etiam Joannem Cimeliarchen uſum vergente XIII. ſaeculo infra adnotabimus. Hic ergo ſaltem non invitus feci, ut narrationi Joanneae mortis lectiones Corſinianas adlinerem.

Ac primum loci hujus variantia levicula eſt: ſed tamen in Corſin. Cod. talis eſt: *Sanctus Joannes Neapolitane* (fort. *Neapolitanus*; aut ſubauditur *Vrbis*) *ad Dom. commigraret.*

se dixit, ut si sibi in ipsa revelatione potestas fuisset, ab ejus vestigiis nullo modo recessisset. Et tamen non diu dissimulavit (2). *Nam excitatus a somno, eadem die, idest Quinta Feria, juxta consuetudinem suam remunerans* (3) *omnes clericos atque pauperes, sanus Dominicam cenam celebravit: Sexta vero* (a Corsin. abest *vero*) *feria orationi vacavit: Sabbato autem secunda hora diei ad Ecclesiam laetus processit, &* (4) *ascenso tribunali, ex more populum salutavit: resalutatusque a populo, orationem* (5) *dedit: & collecta oratione, spiritum exhalavit. Ea tamen nocte in Ecclesia* (6) *vigilatum est. Postero autem die, idest Paschae, illuminatis lampadibus, cum ingenti Neophytorum pompa, prosequente etiam multitudine populorum usq. ad sepulcrum* (7) *gloriosam atque*

(2) Imo *non diu distulit*, ut optime in Corsin. legitur.

(3) In eod. Corsin. *Remunerans omnibus Clericis atque pauperibus. Remunerari* aevo scriptoris hujus non erat ἀντιδωρεῖσθαι (*redonare*) sed ἁπλῶς *Largiri*. Vide in Comm. pag. 142. adnot. 10. Habes hic pulcrum temporis illius ritum.

(4) Amat ἀσύνδετα in hac narratione Corsinianus. Proxime scripserat, *Sexta* (sine τῷ *vero*) *feria*. Hic vero locus sic in iis membranis concipitur: *Ad Eccl. . . processit: ascenso tribunali ex more populum salutavit: resalutatus a populo, orationem dedit: collecta oratione spiritum exhalavit.* Quisquis haec non longe pulchriora editis persentiscit, sit excors oportet.

(5) Quid sit apud Vranium *dare & colligere orationem* in Comment. exposuimus, pag. 142. adnot. 11.

(6) De officio noctis, quae sanctum Pascha antecedebat, vide ibid. initio pag. 143.

(7) Hic locus, siquis alius, sanandus ex Corsiniano est: a quo abest τὸ *usque*, additur vero *deductus*. Sic enim habet: *Prosequente etiam mult. pop. ad sepulcrum deductus, gloriosam* &c. Ac sane cum in Joanne Cimeliarche (qui poullo post exaratum Neapoli Corsinianum codicem, hanc totam narrationem in S. Joannem IV. transfudit) reperissem equidem istud *deductus*; in Comment. pag. 143. col. 1. ostendi, idem hoc participium Vraniano textui, ex quo exciderat, esse restituendum. Nec secus ac praedixeram, nunc reperio.

que laudabilem sepulturam adeptus est. Sequentia (8) omittimus, ut quae ad S. Joannem non pertinent.

Nunc proderit ex Joanne diac. depromere: qui quidem Vranianis a se contractis alia plura scitu dignissima adtexuit. Cujus principium hujusmodi est. *XIV. Joannes Episcopus sedit annos XXVII. Hic tantae severitatis plenus fuit, ut etiam sanctus Paulinus Nolanae sedis Episcopus, sicut in vita* (9) *legitur, eum accersiret atque vocaret ad Christi gloriam intuendam. Post triduum autem deposito* (10) *corpore, Neophytorum pompa prosequente, in eo Oratorio, ubi manu* (11) *sua dicitur condidisse beatissimum Martyrem Ja-*

(8) Moneo tantum, quod in fine Vranianae epistolae in editis legitur (*Obiit S.Paulinus Episcopus decimo Kalendas Julii, Basso & Antiocho VV. CC. consulibus*) id totum a Corsiniano exsulat: nec certe Vranianum esse puto.

(9) *Vitae* nomine Epistolam Vranii *de obitu S. Paulini* intellige. Sic enim IX. saeculo epistola illa (qua ceteroqui praeter obitum, etiam vitae adumbratio continetur) vocari solebat: Et ea quidem in omnibus ferme codicibus, quibus acta Sanctorum continentur, sibi locum invenit; ac forsan eadem Epistola olim *de vita & obitu S. Paulini* inscribebatur.

(10) Pulcherrimus locus est, ex quo intelligimus *Depositionis* vocem in libris Ecclesiasticis obitum significare; sicuti & in Christianorum titulis quoties hoc aut illo die quis *depositus* dicitur, eo die mortuus intelligitur. Sumpta est locutio ex verbis illis 2. Pet. I. 14. *Velox est depositio tabernaculi mei*. Nam quia antiquis corpus humanum σκῆνος h. e. animae tabernaculum vocabatur, tabernacula autem, ubi movebantur castra, proprie *deponi* dicebantur: hinc Christianis *depositio* idem quod obitus erat. Etsi interdum etiam pro sepultura sumebatur.

(11) Huic chronographo crede: at actis S. Severi diu postea scriptis ne credas; in quibus haec tota laus [translati scil. e Marciano S. Januarii Mart. & in extramurana S. Januarii basilica sepulti) huic Joanni eripitur, & in S. Severum transcribitur. Nec te turbet, quod illud *dicitur* ad famam potius quam ad scriptas narrationes refertur: Nam in hujus saeculi auctoribus sicuti *videtur*, sic etiam *dicitur*, nihil de rei certitu-

Januarium a Marciano sublatum, & ipse parte dextra humatus quievit. Nunc in Ecclesia Stephania, ubi beatus Fortunatus, similiter parti dextrae quiescit. Fuit autem temporibus Damasi &c. Totam sequentem συνεχείαν temporum ab Joanne diac. hic traditam minime adscribam; quia nonnisi post Reducem (qui num. XXIV. est) incipit notatio temporum in Joanne castigatior esse. Nam ante id tempus Episcopi omnes ad anteriora retrahuntur, & cum antiquioribus Romae Episcopis & Caesaribus connectuntur.

Hujus porro Joannis mors beatissima novem & quod excurrit mensibus exactis post Paulini obitum accidit, & quidem die III. Aprilis (nam eo die *Depositio* Joannis hujus signatur in marmoreis nostris & in manu exaratis diariis) anno vero 432. quo anno opportune in diem III. Aprilis Paschalis sollemnitas incidit. Nam ea celebritate Joannes (nocte scilicet praecedente sublatus) sepulturam adeptus fuit. Haec supra Par. II. (ubi de ejus cultu) demonstravimus, uti etiam in Comment. ad III. Aprilis.

Et tamen tam luculentis Vranii scriptoris gravissimi & aequalis, necnon & Joannis diac. testimoniis vociferantibus, demum saec. XIII. multitudo Neapolitana tam pronam in S. Joannem IV. (utpote recentiorem: quibus longe plus quam antiquis faveri solet) sese prodidit, ut eam narrationem totam ab Joanne I. (cujus memoria & veneratio sen-

sim

tudine detrahit. Quamquam illud *dicitur* non tam ad translationem ab Joanne factam, quam ad eam circumstantiam pertinet, quod *manu sua condiderit*. Hinc vero vides quam antiquus sit ritus ille, qui hodie dum observatur; nam etiam nunc Episcopi *suis* ipsi *manibus condunt* in altaribus Martyrum sacras reliquias, neque id ab aliis fieri libri rituales patiuntur.

ſim obſoleverat) in quartum transfuderit . Et eo quidem loco res utriuſque Joannis erant, cum quidam noſtrae Eccleſiae Cimeliarches (& ipſe Joannes nomine) ab Archiep. Bernardo ſive Bernardino, qui anno 1262. obiit, incitatus uti vitam S. Joannis IV. in uſum lectionum Officii conſcriberet , ut eam ditiorem efficeret, totam eamdem narrationem in Quartum Joannem tranſcripſit. In quo eum imperitiae, quam fidei ſubleſtae, accuſare malim. Qui ſi ſatis eruditus fuiſſet , debuerat potius Neapolitanos errantes dedocere. At poſtmodum ei vitae tantum Neapolitani detulerunt, ut non tantum eam mortis narrationem integram ab eo tempore in Quarti Joannis peculium transferrent , verum etiam Vranianam epiſtolam uti corruptam traducerent , eique Joanneae mortis narrationem fuiſſe perperam aſſutam expoſtularent. Nam quia jam penitus hoc imbiberant, non niſi Quartum fuiſſe illum, qui a S. Paulino invitatus fuit; indignabantur, id tanto ante ab Vranio ſcribi potuiſſe. Itaque eo tandem res proceſſit, ut librarii Neapolitani Cimeliarcha illo recentiores, ubi ad Vranianam deſcribendam epiſtolam animum appellerent, ſeſe praepoſtere criticos gererent, & ab Vranio id (quod ceteroqui Vranianum eſſe , Joannes ipſe diac. agnoverat , & ſtylus αὐτότατος elata voce ſignificat) audacter amolirentur, tamquam ſcilicet iſtius Cimeliarchae peculium, cujus ſtyli barbaries non poteſt non odioſa eſſe legentibus. Atque hinc factum, ut ab eo tempore in codicibus Neapolitanis ea narratio ab Vranio detrahi coeperit.

At contra ab antiquioribus codicibus (inter quos mirae canitiei eſt Trecenſis codex a Chifſletio

laudatus, quem ipse putat ipso S. Joanne IV. magis annosum fuisse) nunquam ea historia abest. Ac, ne a domesticis codicibus abeam; Corsinianus codex, cujus supra variantes lectiones recensui, olim Neapoli descriptus fuit & quidem medio saeculo XIII. h.e. paullo ante scriptam ab Joanne Cimeliarcha Quarti Joannis vitam, uti in Appendice hujus operis aperte ostendam. Ergo in hoc cod. ob eam causam, quod esset Cimeliarcha antiquior (cujus proinde opusculum de S. Joanne IV. ibi desideratur) ob id inquam, in Vranii Epistolâ narratio de Joanne Neap. legitur, & castigatior legitur: haud dubie defutura, si sequenti saeculo codex exaratus fuisset.

Porro de varia festivitatis S. Joannis I. fortuna praeter eam rerum copiam, quam in Comment. ad Kalend. Marm. attulimus, etiam supra Par. II. abunde disseruimus. Ac profecto si ullus est Sanctorum nostratium, cujus cultum restitui, & quidem die suo, oporteat, hic certe beatus Joannes est, toti antiquitati commendatissimus.

CAPVT IX.

De S. STEPHANO Episcopo Neap.

IN Fastis marmoreis die XI. April. sic notatur: DP. STEPHANI EPI NRI, h. e. *Depositio Stephani Episcopi nostri*. Tres autem hujus nominis reperio Neapolitanos Episcopos. I. Primus ille est, cujus Menaea in rebus S. Patricii Prusae Episcopi meminerunt iis verbis, quae nos in Comment. ad XIX. Maii pag. 397. sic transtulimus in Latinum. *Nam & Neapoli vidi egomet* (Patricius: qui sic loquens inducitur) *montem Vesuvium sex millibus ab urbe distan-*

stantem, barathro biantem, qui Divinum illum ignem .. & saxa eructabat; donec Stephano sanctissimo (Graece is ὁσιώτατος dicitur) *illius temporis Episcopo cum supplicatione progresso Deumque exorante, flamma resedit*. II. Alter ille Stephanus fuit, qui VI. ineunte saec. *Ecclesiam Salvatoris* h. e. Cathedralem Neapolitanam celebratissimam aedificavit. III. Vltimus is est, qui exeunte VIII. saeculo eamdem basilicam absumptam incendio renovavit: quam basilicam ab hoc altero Stephano potius, quam a priore conditore, quaesivisse sibi *Stephaniae* nomen, haud temere conjiciebam ad XI. April. pag. 201. 202. De hoc Stephano in eod. Commentario (1) plura reperies.

Quem nunc horum trium dicemus in Fastis Neap. die XI. Aprilis adnuntiatum? Non videtur fuis-

Kk 2

(1) Hujus Stephani res accurate, Joanne diac. praeferente facem, digestas dedimus in Comment. ad XI. April. pag. 202. Adnot. 66. Verum quae de spatiis episcopatus ejus ibi ex eod. chronographo notavi, nonnulla castigatione indigent. Nam num. I. col. 2. v. 5. & seq. non recte inter annum 768. & 800. illos annos triginta tres cum mensibus prope sex [quos nim. Episcopatui Stephani hujus assignat Joannes diac.] decurrisse, dictum fuit. Res porro sic se habet. Papa ille Stephanus (sub quo initia Stephani Episcopi Neap. chronographus noster ponit) die 7. Augusti anni 768. est consecratus; si Pagio ad ann. 768. num. 1. credimus. Adhaec Indictio octava [qua decurrente obiisse nostrum Episcopum Stephanum Joannes diac. memorat] ultimo die mensis Augusti anni 800. more CPolitano terminabatur. Atqui a notato initio Stephani Papae usq. ad finem dictae Indictionis VIII. tantum anni duo & triginta cum diebus aliquot numerantur. Quo circa Joannes diac. [quem in eod. Comment. ad XI. April. accurate spatia cathedrae hujus Stephani notasse incogitans dixi] hi quoque more suo offendisse reperietur. Cujus Episcopi initia, si vere in Stephani [sive tertium sive IV. hunc numerare volumus) papatum incidunt, ac non potius sub Pauli exitu contigerunt; tum aut numerus annorum, uti dixi, minuendus erit, aut Indictio decima pro *octava* assignanda morti fuerat.

fuisse is, cujus in Menaeis mentio exsistit, tum ob alias rationes, tum eam potissimum, quod Titiana Vesuvii eruptio quae in (2) Actis S. Patricii memoratur, non nisi in S. Asprenis Episcopatum Neapolitanum inciderit necesse est; si quidem Blanchiniani catalogi, & Joannis diac. calculos sequimur: de quibus dictum fuit supra hac Par. III. cap. I. Quocirca Menaeorum Stephanus Episcopus Neap. si quidem cum aetate S. Patricii componatur, erit omnino Chimaericus: tametsi id totum, quod de eo Menaea narrant, si ad alium posteriorem Stephanum referantur, minime fabulosum erit sed (3) verisimillimum; idque nos impendio juvare potest. Quo id, inquis, juvabit? Omnino mirifice. Nam Stephanus, de quo Menaea narrant, ὁσιώτατος h. e. *sanctissimus* sive *piissimus* dicitur (utroque enim modo redditur) idque miraculo restincti incendii comprobatur. Ergo in quem Stephanum Neap. Episcopum Ve-

(2) Chioccarello ne credas, qui in hoc ineuntis VI. saeculi Stephano conturbat nimium rationes: quippe qui ex injecta Stephani Neapolitani mentione in S. Patricii Prusae Episcopi sermone, collegit, hunc S. Patricium initio V. saeculi vixisse. Quo quid perversius dici potuit?

[3] Quid enim verisimilius excogitari potest, quam sive sub Stephano ineuntis VI. saeculi, sive sub altero exeuntis octavi Episcopo arsisse Vesuvium, eamq. flammam Episcopo Stephano illuc cum supplicatione progresso extinctam fuisse? Deinde & illud vero proximum est, hujus rei scriptam memoriam apud Byzantinos fuisse asservatam, quibus urbs nostra diutissime paruit. Postremo cum Menaeorum scriptoribus S. Patricii de subterraneis ignibus concionem locupletiorem efficere pensi esset; mirum non est, si istam de quodam Stephano Episcopo Neap. Vesuviana incendia compescente narrationem ad Titi Imp. & S. Patricii aetatem retraxerint. Hoc ii tantum mirari possunt, qui Graecorum posteriorum ingenium, eorumque in permiscendis temporibus facilitatem nondum perspectam habent.

Vesuviana incendia quadrare posse ostenderimus, is erit ille Menaeorum *Sanctissimus Stephanus*, itemque is quem Fasti marmorei colendum proponunt.

Nunc ex iis duobus Stephanis, quos memorat Joannes diaconus, in eorum alterum, qui anno Christi octingentesimo ad plures abiit, id convenire non potest. Nec enim totis XXXIII. annis, quos ei Joannes assignat, memorabilis ulla Vesuvii eruptio accidisse proditur. At Stephano I. qui initio VI. saeculi sedit, id mire congruit. In ejus enim pontificatum diram illam Vesuvii montis sub Theoderico Rege vastitatem, cujus apud Cassiodorum IV. Var. 50. descriptio exstat, incidisse sic ostendimus. Huic Stephano Episcopo (qui num. XX. in catalogis recensetur) Joannes diac. & Blanchini catalogus annos XV. mens. II. imputant, sub Anastasio & Symmacho Romae Episcopis decursos. Atqui si ab anni 498. (qui fuit Anastasii Papae alter idemque ultimus) mense Februario illos XV. annos mensesque duos numeraveris, incides in Aprilem anni 513: in cujus mensis diem XI. (auctoribus Fastis marmoreis) mors S. Stephani incurrit: & quidem sub Papa Symmacho. Porro Vesuviana illa sub Theoderico clades anno 512. (qui annum Stephani emortualem proxime antecessit) non ineunte, nec procedente, sed fere (4) medio contigerat. Quocirca percommode Stephani mors in XI. Aprilis anni 513. potius quam 512. confertur; ut & eruptio Vesuviana spatiis episcopatus Stephani includatur, & Stephani mors possit

(4) Foedam illam anni 512. Vesuvii montis illuviem ad messem usque pertinuisse, declarat illud in epistolae Cassiod. principio: *Ut agrorum fructibus enudati* (Campani) *subleventur onere tributariae functionis* h. e. tributariae pensitationis.

ſit in XI. Aprilis incidere. At de Stephano altero, qui annum 800. Chriſtianae ſalutis attigit, neutrum horum demonſtrare licet, nec quod in ejus cathedrae ſpatia incurrerit inſignis aliqua montis eruptio, nec quod ejus mors commode in XI. Aprilis inciderit. Accedit & illa ſimilitudo veri, quod in hac controverſia (utri ſcilicet cognominum Epiſcoporum ſanctitas profeſſa conveniat, antiquiori ne an totis tribus ſaeculis poſteriori) ſolemus ſemper pro antiquioribus ſtare, quorum temporibus erat Chriſtianorum ac praecipue paſtorum vita ſanctior. Nec de nihilo de priore Stephano ſic Joannes incipit: *Hic inter alia BONITATIS ſtudia fecit baſilicam ad nomen Salvatoris* &c. Nam apud hunc laudatorem parciſſimum *Bonitas* idem plane quod Sanctitas erat.

Haec porro illa celeberrima Stephania fuit, quae ad uſque annum circiter 1315. (h. e. ante hodiernae ſub Andegavenſibus Regibus conſtructae encaenia) Cathedralis Neapolitana fuit: quae vetus Cathedralis ab anno 1315. ob illatas S. Reſtitutae reliquias (ex priore ruinosâ S. Reſtitutae Eccleſia translatas) priſtinum ſuum nomen cum novo *S. Reſtitutae* nomine commutavit: de quo videatur noſtra nuper edita Diſſertatio de Neapolitana Cathedrali ſemper unicâ.

Jam vero ſiquis eſt, qui paucis hiſce non contentus, plura de utroque Stephano noſſe aveat; is adeat Commentarium noſtrum ad XI. Aprilis. Ibi farraginem uberiorem reperiet.

Illud praeterire nolo, me ſupra extremâ Part. II. (cap. 8. ſect. 2. pag. 187. num. II.) ex iis quae ex Caeſare de Engenio retuli, aperuiſſe viam, qua oſtenda-

datur, utrique Stephano aliquando cultum fuiſſe impertitum. Verum unius Caeſaris de Engenio auctoritati non apertae fidere in re tam gravi quam ſit intutum, nemo non intelligit.

C A P V T X.
De S. POMPONIO.

DE eo Ephemerides noſtrae marmoreae ſic nuntiant die Aprilis ultimo: DP. POMPONII EPI NRI. Et quidem circiter annum 1200. adhuc eodem die ejus feſtum celebrabatur, uti conſtat ex Kalendario Tutiniano, quod in Append. dabitur. Cur vero poſtea loco ſuo motum, ac diei XIV. Maii (quo etiam in Mrologio Rom. recenſetur) affixum fuerit, dictum eſt ſupra hac Par. III. cap. *6.* pag. 244. 245.

Alia quaedam de hoc Pomponio notavi in Comment. ad Kalend. marm. ac praeſertim de inventione corporis ejus: quae quidem anno 1503. contigiſſe mihi videtur. Nam illud, quod inſcriptioni (quam arcae ſubjectam refert Chioccarellus) ſubnectitur: ***Fuit inſtauratum anno D. MCCCCCIII.*** id non alio quam ad ſepulcrum ex occaſione inventionis reliquiarum inſtauratum referri debet. Occaſione vero ſepulcri etiam inſcriptio, quam refert Chioccarellus, ſcalpta fuit: in qua inter cetera legitur, *Obiit ultimo Aprilis*. Ex quo vides, Pomponii diem emortualem ex Kalendariis vetuſtioribus tunc exſtantibus, atque ex eo praecipue quod in Appendice edituri ſumus, adhuc innotuiſſe tempore inſcriptionis hujus.

CA-

CAPVT XI.

De S. REDVCE Episcopo Neapolitano.

DE S.Reducis cultu diximus Par. II. superiore: quem cultum prorsus antehac ignorabilem, hac demum aetate marmoreae Kalendarii tabulae nihil tale opinantibus detexerunt: in quibus hic die XXIX. Martii adnuntiatur his verbis: DP. REDVCIS EPI. De eodem Antistite Levita Joannes nihil aliud praeter aequalium Romae Episcoporum notationem, eamque, uti videbimus, more suo mendosam attulerat: cetera nesciebamus.

At est quod aetati nostrae gratulemur: qua ope primum Petri de Marca subscriptio quaedam Petri Subdiac. S. Ecclesiae Neapolit. notarii ex Mss. eruta (1) prodiit: quam postea Mabillonius in Analectorum tomum alterum intulit. Ea subscriptio ad calcem Egipiani cujusdam operis in cod. Germanen. & Rivipul. subjecta exstabat: ad calcem, inquam, *Excerptorum* ex operibus S. Augustini, quae Egipius Lucullanensis elucubrarat. Quae porro & quanta nos ea subscriptio docuerit, ex ipsius continentia & tenore unusquisque poterit animadvertere: quam proinde huc integram subjectis animadversionibus affero.

ET (2) *orationibus beatae & gloriosae semper Virginis Mariae hunc Codicem excerptorum* (3), *quae ex*

(1) Exemplum subnotationis Petri notarii, quod Marca ex Sangermanensi & Rivipullensi Cod. eruit, epistolae ad Phil. Labbeum scriptae idem adnexuerat, non sine aliquot ad subscriptionem adnotatis. Quae omnia Labbeus in Addendis ad Differt. de scriptorib. Ecclef. pag. 775. edidit.

(2) Nihil initio deest: nec exordium abruptum putes. Nam in tota certe hac subscriptione omnia incisa ab ET incipiunt. Ex Biblico stylo hausit πολυσύνδετον istud Notarius.

(3) Egipiana Excerpta Basileae primum anno 1542. in lucem exierunt, ac statim Venetiis anno seq.

ex (4) opusculis S. Augustini beatae (5) recordationis EGIPIUS (6) Presbyter & Abba (7) fecit, & eum codicem Dei aspiratione pro amore Divinarum (8) Scripturarum adhuc in laica vita constitutus REDUX misericordia Dei Episcopus (9) conscribi fecit, & pri-

Ll

(4) *Opusculis* ὑποκοριστικῶς videtur pro *Operibus* usurpatum. Ceterum ea Excerpta qui viderint, aestimare poterunt, ex minoribus ne tantum Augustini libris, an potius indiscriminatim ex quibuslibet operibus delibata fuerint.

(5) Illud *Beatae recordationis* non ad *Augustinum* pertinet, sed ad *Egipium*: quem hinc intelligis, anno 581. quo subscripsit codici Notarius, jam diu e vivis sublatum.

(6) In Comment. ad XXIX. Martii, ubi de S. Reduce, Adnot. 61. veram hujus nominis scriptionem docui fuisse Aegypius, ut sit ab *αἰγύπιος Vulturius*: ad quam orthographiam subscriptio istaec, prout in Germanensi cod. exhibetur, proxime accedit; quia ut pro AE simplex E, & pro littera Pythagorica usurparetur I, id aevo isto usitatissimum fuit. Haec igitur proxima vero scriptura est, ut &, quod alicubi legitur, *Eugypius*, in quo Y adhuc ex Graeco superest. Nam quod vulgo ab aliis hic *Eugipius* dicitur, id nihil est: nec illae aliae rationes sunt meliores, puta *Eugippius*, *Eugepius*, *Evipius*. Harum ultima reperitur in Rivipullensi Cod. Exceptorum Egipii, quibus praemittitur hic titulus: *Hic est liber sancti Evipii de diversis Doctoribus*. In his nostris *Egipius* cum cod. Germanensi scribemus, supersessa diphthongo & Y Graecae originis.

(7) *Abba* pro *Abbas* tritissimum aevo isto fuit: quae vox in S. Cyro in unam coalescens vocem, fecit ut is *S. Abbacyrus* vocaretur. Egipium fuisse Presbyterum, ostendit Cassiodorus *De div. lect.* c. 23. Eumdem fuisse Abbatem Lucullanensem Isidorus & Sigebertus ostendunt. Hic utrumque notatur.

(8) Ex his verbis, *Pro amore Divinarum Scripturarum* (quae non est dubium quin ad Augustini libros defloratos pertineant) intelligimus, etiam libros ecclesiasticos, quamvis *ἀκανονίστους* (h.e. *in Divinorum librorum canonem non relatos*) interdum vocari *Scripturas Divinas*. Acta Martyrum & eorum visiones in praefat. Actorum Perpetuae & Felicit. *Ad instrumentum* (notabis hic *Instrumenti* vocem) *Ecclesiae deputantur*. Sed & alia quaedam loca huc spectantia alicubi notasse memini.

(9) Istud *conscribi fecit* Sigebertum Gemblacensem transver-

versum egit. Nam cum haec verba re vera non ad Egipium ex Augustino decerpentem, sed ad librarium Egipiani Florilegii descriptorem sint omnino referenda (ut conscribi tantumdem sit quod describi) haec tamen perinde Gemblacensis accepit, quasi Reducis hortatu Egipius ad deflorandum Augustinum appulerit animum. Quod ita acceperit, ejus verba ostendunt ejusmodi. in lib. de script. Eccl. cap. 39. *Eugippius Abbas hortatu Renducis* (prave scriptum pro *Reducis*: quod alterum praeter scriptos omnes, marmoreae nostrae tabellae habent) *Neapolitani Episcopi, deflorans libros Augustini Episcopi Hipponensis, dedit codicem magnae utilitatis ad Probam Virginem; & per manus ejusdem Renducis Episcopi obtulit* (istud *obtulit* etiam ex hac subscriptione arripuit: de quo infra) *Ecclesiae Neapolitanae. Fuit temporibus secundi Pelagii, & Imp. Tiberii Constantini*.

Sed & Sigebertus a verbis notarii non intellectis ipse transversim actus, vicissim a quibusdam criticis in angustum coactis extorsit sententias absurdissimas. Difficultas enim maxima sese offerebat propter Sigeberti cum Isidoro discidium. Isidorus enim post memoratam *S. Severini vitam*, & *Regulam* monachorum Lucullanensium ab eod. scriptas, sic definit: *Claruit post consulatum IMPORTVNII IVNIORIS* (prave: nam ad 29. Martii pag. 124. Adnot. 64. corrigendum esse *P. C. IMPORTVNI II.* i. e. *post consulatum Importuni secundo*, non suasi tantum, sed & nolentibus persuasi: is est annus DXI.) *Anastasio Imp. regnante*. Cum ergo Isidorus Eugipium anno Christi 511. posuerit; quomodo eumdem Sigebertus in annum circiter DLXXX. transponere non dubitavit?

Hac difficultate fracti eruditi viri, alii praeter Lucullanensem Egipium, de quo Isidorus, tamquam deum de machina, sic ad nodum vindice dignum solvendum Egipium alterum Africanum, Augustini scil. defloratorem, produxerunt in scaenam. Alii (quibus Chiocearellus noster praeivit) Reducis Episcopi tempora anteverterunt; ita ut inter Stephanum I. & Pomponium Episcopos medius insertus, potuerit Egipio assiduus hortator instare, uti S. Augustinum defloraret. Alii duce Elia Dupino Egipium ad Pelagii II. tempora vitam prorogasse somniarunt, ut quem a Reduce Episcopo ad excerpenda Augustini opera stimulatum ex Sigeberto didicere.

At horum nihil esse verum, haec notarii subnotatio fateri cogit: in qua Egipius sub Reduce Episcopo cognominatur *Beatae recordationis*, tamquam diu antea mortuus. Ipse vero Redux sub Pelagio II. Papa, & Tiberio Constantino ponitur, indictione XV. qui characteres annum 581. designant. Nec ille commentitius *Africanus Egipius* fando unquam auditus fuit:

privatu (10) *Redux Dei gratia* (11) *faciente in* (12) *eadem*
Ll 2

fuit: qui profecto non alia auctoritate fulcitur, quam Venetae editionis Florilegii hujus, in qua sic inscribitur: *Eugipii Abbatis Africani Thesaurorum tomus primus*. En unde primum ille *Africanus* eruperit.

Maneat igitur Sigebertum ansam errori praebuisse, Sigeberto vero ipsi hanc Petri notarii Neapolitani subnotationem fraudi fuisse: in qua sicuti nunc pro *transcribi fecit* legitur *conscribi fecit*, ita quoq. prorsus aevo Gemblacensis legebatur. Hoc vero cum dico, non id contendo, subscriptionis hujus autographum ipsum a Sigeberto visum fuisse; sed tantum ἀντίγραφον sive exemplum ex autographo Neapolitanae Ecclesiae, aut a similibus exemplis propagatum. Nam quia Petri isthaec subnotatio accuratione sua se lectoribus commendabat; ex eo factum fuit, ut quicumque Florilegium Egipianum illud describerent, iidem ab erudita subscriptione Petri adjicienda non abstinerent. Hinc eam in calce Germanensis codicis Marca & Mabillonius repererunt, adhaec Marca etiam in Rivipullensi invenit.

Postremo ad Egipii aetatem ultimam quod attinet, hunc Labbeus ac Mabillonius annum DXXX. non excessisse putant: nimium profecto parci. Nam cum Cassiodorus in Divin. lect. quas circ. ann. DLXX. aut serius scripsisse prope centenarius creditur (in quibus Egipianum Florilegium laudat) sese Egipium vidisse memoret; potest res ita componi, ut Egipius anno DXI. (quo eum claruisse Isidorus dixit) tricenarius aut quadragenarius fuerit. Ita anno DL. septuagenarius Egipius non tantum a Cassiodoro, verum etiam a Reduce laico ac juvene videri potuit. Sed eumdem a Reduce ad Augustini opera delibanda fuisse incitatum, Egipius ipse in praefat. ad Probam suspicari vetat, ubi se a Marino Abbate & monachis ejus stimulatum fatetur. Verum haec omnia in Comment. ad 29. Martii ad vivum resecuimus copiosius.

(10) Mabillonius pro *Privatu* reponi *Praefatus* jussit: at Marca non tantum in Germanensi sed etiam Rivipullensi cod. nihilo secius istud *privatus* invenit. Nec mihi dubium est quin *privatus* rectissimum sit, quod interdum de Episcopis, dum adhuc laici essent, usurpatum reperi. Sicuti etiam ab Episcopatu depositi dicuntur *privati* in Libello Marcellini & Faust. (pag. 37. edit. Paris.) ubi Clementinus Vicarius Osio dicens inducitur: *Da tu prior sententiam*; *eum* (Vincentium) *episcopatus honore dejiciens*, & *tunc demum exsequar in eum quasi PRIVATUM*: h. e. laicum, quippe ad laicam communionem redactum.

In

dem Neapolitana Civitate a viro beatiſſimo Pelagio ſedis

In Cyrilli Gloſſis Ἰδιώτης eſt *Privatus*. Sicuti & I. ad Cor. XIV. 16. *Idiotae* (ſive *Privati*) iidem ſunt qui Laici.

Quare ne dubita, quin *Privatus Redux* tantumdem ſit, ac quod proxime dixerat, *Adhuc in laica vita conſtitutus Redux*. Ducta eſt locutio a ſaeculari politia, qua *Privati* opponuntur *ſenatoribus* & *curialibus*. Nam ſic etiam & in eccleſiaſtica *Ordo* & *Senatores* ſunt clerici: contra vero laici, quamlibet ſaeculi honoribus inſigniti, dicuntur *Privati*. Plura huc pertinentia reperies in Comment. ad 29. Mart. Adnot. 72.

Ergo Petrus notarius hoc ad Reducis laudem pertinere putavit, quod adhuc *Privatus*, dignus ſit habitus, qui contra Eccleſiae canones Epiſcopus ordinaretur: quod etiam Stephano II. & S. Paulo Juniori accidiſſe Joannes diac. noſter memorat.

Illud etiam in cit. Adnot. animadverteram, apud hunc Notarium τὸ ET tantumdem eſſe, quod *poſtea*: quocirca ante id μόριον non levem diſtinctionem, ſed τελείαν στιγμὴν (*majorem diſtinctionem*) eſſe adhibendam. Qua diſtinctione adhibita, intelliges, his gradibus Egipii Excerpta ad Eccleſiae Neapolitanae armarium perveniſſe. Primum quidem ea Egipius a ſe contexta ad Probam virginem miſit: deinde Redux adhuc laicus, ſed ſtudio ſacrorum librorum incenſus deſcribi fecit: mox factus Epiſcopus, ea a notario emendari juſſit: tandem emendata, non ſine notarii ſubſcriptione, & conſuetis adjurationibus (de quibus in fine ſubnotationis) Eccleſiae ſuae obtulit.

(11) In Comment. ad 29. Mart. pro *Faciente* tentabam an non *Favente* legi poſſet. Atqui nihil eſt mutandum. Nam iſtud ipſum *Dei gratia faciente* in ſequioris aevi monumentis pluries legiſſe memini: in qua locutione *Facere* eſt συνεργεῖν h. e. *Adjuvare*. Ac, niſi me penitus memoria deficit, in translationibus antiquis de Graeco factis pro συνεργῶ, aut συνεργάζομαι ſaepe *Faciendi* verbum uſurpatum vidi.

(12) Pronomen *ipſe* (naturâ ſua ἐμφατικὸν) aevo medio etiam pro *Idem uſurpabatur*; ut in vet. Mrologiis declarat creberrimum illud *Ipſa die*. Hic contra *Eadem* non ſic uſurpatur quaſi Neap. civitas ante nominata fuiſſet (nuſquam enim ante, hac memoratur) verum vim habet ἐμφατικὸν, quaſi ſcriptum eſſet, *In hac ipſa*. Hinc ergo apparet, incidiſſe aliquid, cur Pelagius Neapolim digrederetur, ibique Reducem laicum ordinaret. In libro Pontificali legitur Pelagius fuiſſe ordinatus, cum *Langobardi obſiderent civitatem Romanam*. An ea obſidio Pon-

ſedis Romae Pontifice eſt Epiſcopus (13) *ordinatus ;*
& eo

Pontificem egredi ab Urbe compulit, auxilia corrogaturum?

Nec refert, quod *In eamdem Neapolitanam civitatem* Marca exhibuit; hoc enim tantumdem eſt. Sicuti *In poteſtatem* & *In poteſtate habere* & ſimilia ab optimis auctorib. peraeque dicebantur; idque aevo ſequiore multo plus valuit.

(13) *De die & anno conſecrationis Reducis Epiſc.*

Cathedrae Reducis ſpatia Joannes diac. colligit hiſce verbis: *Sedit annos III. dies XXIIII.* Hos numeros ſuſpectos habui in Comment. ad 29. Mart. pag. 129. ad finem Adnot. 74. Nam in annorum numero notam aliquam initio detritam, ſuſpicio tunc mihi oborta fuit: quam nunc prorſus repudio, poſtquam in Blachiniano laterculo eoſdem plane numeros ſcriptos inveni. Ab his ergo rationibus non temere eſt diſcedendum. Quandoquidem autem Reducis emortualis dies, marmoreis faſtis auctoribus, fuit Martii nonus ſupra vigeſimum; jam ſi dies illos 24. (quos ſupra triennium ſedit) ex XXIX. detraxeris; reperies huic Epiſcopo die V. Martii a Papa Pelagio fuiſſe impoſitas manus. Haec de conſecrationis die.

Venio ad annum. Pelagium II. Papam extremo anno 577. fuiſſe ordinatum, dixi in cit. Adnot. 74. vulgarem opinionem ſecutus. Nec enim in Pagium incideram, a quo Pelagius extremo Novembri anni 578. conſecratus oſtenditur. Eum vide ad annum 577. num. IV. Ergo ante quintum Martii diem anni 579. a Pelagio conſecrationis munus accipere Redux minime potuit. Sed & idem ante 29. Martii diem anni 582. non potuit ex vivis excedere, quia Idibus Decembris anni 581. (quo Petrus Notarius Codici Egipiano a ſe correcto ſubſcripſit) Redux adhuc in vivis erat. Quocirca veriſimile quidem eſt, Reducem ſub Martii initia anni 579. ordinatum, tandem exeunte Martio anni 582. occubuiſſe (veri ſimilitudo inde tantum proficiſcitur, quod ſub initia ſui pontificatus videatur Pelagius Roma egreſſus, ut ex Campania auxilia contra Langobardos contraheret, ac per eam occaſionem digreſſus Neapolim Reducem conſecraret) id, inquam, veriſimile eſt: at etiam ſerius id accidere potuiſſe fateor, dum ne ultra biennium tamen res differatur. Nam quia Petri emendatio codicis affixa eſt extremo anno 781; ſi fingamus, eopte anno, die V. Martii Reducem fuiſſe a Pelagio ſacratum, tum ejus mors inciderit neceſſe eſt in 29. Martii anni 584. nec ultra eum terminum differri potuit, quia Notarii ſubſcriptio Reducis jam Epiſcopi meminit.

Hinc

& eo jubente ego Petrus (14) Notarius S. Ecclesiae Catholicae (15) Neapolitanae, ut potui, emendavi sub die Iduum Decembrium, Imperatore Domino nostro TIBERIO Constantinopolis (16) Agusti anno septimo.

Hinc autem colligis erraſſe more ſuo Diaconum & Blanchinianum indicem, in quibus Reducis Pontificatus ſub Benedicto tranſigitur uſque ad Pelagii exordium. Nam ex Petri ſubnotatione perſpicitur, eum ſub Pelagio non tantum mortuum, ſed etiam fuiſſe ordinatum.

Porro in Comment. ad XXIX. Martii in hoc Petri notarii textu editum fuit, *Sedis Romanae Pontifice*, errante deſcriptoris manu. Nunc enim demum adito Mabillonii to. 2. Analect. reperi ſcribendum fuiſſe, *Sedis Romae Pontifi*[illegible]. Ac ſic etiam Marca exhibuit. Et ſic quidem tunc temporis ſcriptores fuiſſe locutos, etiam aliunde comperi.

(14) De Clericorum notariorum officiis nihil illis addam, quae de iis notavi in Comm. ad XXIX. Mart. pag. 129. Adnot. 75. Hi Graecis vocantur ὑπογραφεῖς aut ὑπογραμματεῖς (*ſubſcriptores*) eo quod epiſtolis eccleſiaſticis Epiſcoporum, aliiſque id genus monumentis nomen ſuum ſubſcriberent, eoque modo exemplis a ſe ſubſcriptis αὐθεντίαν ac robur impertirent. Ex hac autem Petri ſubnotatione diſcimus, non quemlibet Clericum inter notarios adſcribi potuiſſe, ſed eruditiſſimum quemque; quippe iis dabatur negotium, uti codices in Eccleſiae armarium inferendos criticâ ſagacitate recenſerent, corrigerent, correctiſque ſubſcriberent, nec ante eam ſubſcriptionem libros eccleſiaſticos pro authenticis habitos.

(15) *Catholicae* i. e. Cathedralis. Nam hoc vocabulum peculiare Cathedralium fuiſſe, fuſe oſtendi in cit. Comm. pag. 129. Adnot. 76. At poſt ſynodum Quiniſextam eadem vox ad omnes parochias ſive baptiſmales Eccleſias prorogari coepit: qua notione noſter Joann. diac. in Sotere uſurpavit. Vide de his plura in cit. Adnot. 76.

(16) In his verbis *Tiberio Coſtantinopolis Aguſti* (pro *Auguſto*) nihil mendi Marcae, aut Labbeo, nihil Mabillonio ſuboluit. At nos in cit. Comm. pag. 130. Adnot. 77. horum verborum ulcus deteximus ſimulque ſanavimus. Eo lectorem rejicio. Et tamen in eorum gratiam, quibus is Commentarius deeſt, verbo uno dicam, haec primitus ita ſcribi prorſus debuiſſe, quomodo hujus Caeſaris nomen in nummis exhibetur. Scriptum ergo fuit: TIBERIO CONSTANTINO PP. (i. e. *Perpetuo*: quod

mo, post consulatum ejusdem Agusti anno tertio, Indictione quintadecima, obsidentibus Langobardis (17) *Neapolitanam Civitatem. Quem codicem pro memoria recordationis nominis sui praedictus Episcopus devote Sanctae Ecclesiae Neapolitanae, cui praeest, pro aedificatione populi Christiani noscitur* (18) *obtulisse. Et obtestor vos sanctos successores* (19) *Ecclesiae supra scri-*

quod & P. nim. cum labiali singulâ scribi consuevit) AVGVSTO. Verum ex conserta scribendi ratione, qua olim utebantur, P. illud cum voce praecedente coaluit. Quis vero ignorat CPolitanam urbem scribi compendio consuevisse CONSTANTINOP. Postquam igitur urbis regiae nomen (quod in COSTANTINOP. latere. crediderunt) litteris integris scribere curae librariis fuit; tunc nata est isthaec foedissima scriptio, quae Petri subscriptionem infecit. At tu meo periculo scribe: *Tiberio Constantino PP.* (i. e. *Perpetuo*) *Augusto*.

(17) Quantivis pretii notatio, ex qua nunc primum scimus, Idibus Decembris anni 581. Langobardos Neapolim jam obsedisse: quam pridem autem coeperit obsidio, & quamdiu duraverit, incertum. Porro annus 581. cum anno Tiberii septimo, & ejusdem postconsulatu tertio recte concurrit. De subscriptionis hujus characteribus chronologicis videatur Pagius ad ad ann. 581. num. XVI. Sed & indictio XV. a Kalendis Sept. ejusd. anni jam more CPolitano inceperat.

(18) In Commentarii loco citato, descriptoris errore falsus, edideram *Obtinuisse*: cujus loco emendari jusseram *Obtulisse*. At nunc demum animadverti, a Marca & Mabillonio nihilo secius *Obtulisse*, uti par erat, exhibitum. Istud, *Eccles. Neap. obtulisse*, a se in aliquo subnotationis hujus exemplo lectum, ob oculos habuit Sigebertus, ubi de Egipio scripsit: *Per manus Reducis.. OBTVLIT Eccl. Neap.* Quid ei fraudi fuerit, quo minus haec rite intellexerit, sup. Adnot. 9. praedixi.

Jam vero notabile hoc est, quam miris ornet verbis notarius donum istud, quod nunc levidense munusculum videretur. Multo majus miraculum in subjectis obtestationibus persentiscitur. Tantae nim. tunc molis erat librum unum describendum locare, ac postea corrigendum curare. Multae in mediae aetatis monumentis occurrunt libri unius, tamquam doni singularis, largitiones. Vide Joan. diac. in Joanne IV. & in Athanasio.

(19) Sequuntur obtestationes & adjurationes, (quae tantum

ſcriptae Dei gratia ſuccedentes, in diverſis Ordinibus conſtitutos, per Dei noſtri omnipotentis adventum, ut hic codex in Eccleſia Dei ſemper valeat permanere, ut quomodo fides aeterna eſt Chriſtiana, ſic haec oblatio codicis in Eccleſia (20) *jure Deo cuſtodienda &. vobiſque ſervientibus, ibidem ſemper ſervetur. Teſtes* (21) *ſitis etiam vos per confeſſionem meritaque beati. Ja-*

tum in antiquiſſimis librariorum & notariorum ſubſcriptionibus occurrunt) quae hinc ad finem uſque pertinent.

Jam vero perquam notabile hoc eſt quod clerici *in diverſis ordinibus conſtituti*, *Dei gratia ſuccedentes*, hic perhonorifice vocantur *Eccleſiae Neapolitanae SVCCESSORES*. Non enim tantum Epiſcoporum, ſed & ceterorum hierarchicorum ordinum ſedes Neapolitana, & ſic etiam urbium ceterarum, peculiaris erat. Hinc in titulis Chriſtianis Presbyteri non minus, quam Epiſcopi, SEDISSE tot annos dicuntur. Cur enim optimatibus ſive ſenatoribus *Sedere* denegetur? Atqui ex hierarchicis ordinibus exſiſtebat Eccleſiae Senatus: cujus Senatûs Epiſcopus dux erat & Princeps. Hoc iis dictum volo, quibus explicatio illius loci Athanaſianae vitae (in qua de Neapoli dicitur: *Binas Praeſulum geſtat ſedes*) quam in Diſſert. de Cathedrali unica Par. II. poſui, mira eſt viſa. At mirari deſinent, poſtquam ex S. Cypriano & aliis formam Eccleſiaſticae ariſtocratiae imbiberint. Cui inauditum eſt, *Praeſules* olim omnes fuiſſe dictos, qui quovis modo praeeſſent? *Binas* tantumdem eſſe quod *Duplices*? *Sedes* autem non tantum Epiſcopis, ſed & Presbyteris tribui? Itaque cum Neapoli Eccleſiarum collegia nonnulla eſſent ex Graecis Presbyteris compoſita, alia vero paſſim ex Latinis conſtarent; miramur, ſi biographus ille ſcripſerit, *Binas praeſulum geſtat ſedes*, pro eo quod nunc diceremus, *Duplices* (ſive *Bilingues*) *ſacrorum miniſtrorum habet cathedras ſive ſubſellia*? Imo non aliam, quam hanc ſententiam tota loci illius *συνέχεια*, mihi crede, admittit.

[20] Pro *Eccleſia jure* corrigebam *Eccleſiae jure*. At in iis quae ſequuntur, pro *Deo cuſtodienda &*, reponebam, *Deo cuſtodiente*. Cetera periodi hujus ſic recte exhibuit Marca: *Vobiſq. ſervantibus ibidem perſeveret*.

[21] Iſtud *Teſtes ſitis* tantumdem eſt ac quod proxime dixerat, *Obteſtor* vos. Hinc intelligitur quid proprie ſit *Obteſtari*. Nimirum eſt *per cariſſima quaeque* [ſicuti Neapolitanis S. Ja-

Januarii Martyris, ut sub nullo (22) *argumento, nulla alienatione, nulla commutatione de archibo Ecclesiae vel jure, aliquo modo discedat, ne* (23) *cum praedicto Pontifice Reduce in divino Judicio causas reddere videamini.*

FINIT. AMEN.

Cetera de nostro Reduce in saepe dicto Commentario ad 29. Martii lector reperiet.

C A P U T XII.

De S. PAULO Majore sive Seniore.

§. I. *Loca Fastor. marmor. Joannis Diac. & Actor. S. Agrippini illustrantur. De Neapolitano Epiphaniorum baptismate, ceterisque baptismalibus ejus aevi ritibus. De Primatibus sive Optimatibus Neapolitanae reipublicae sequioris aevi.*

PAULUM Majorem, qui die III. Martii colendus adnuntiatur, a prisco illo Paulo, qui ab Asprene quintus numeratur, fuisse diversum, nec plane alium quam qui vergente VIII. saeculo successit S. Calvo, quique Stephanum II. successorem habuit, ostenten-

Januarius erat) obsecrare. Porro ex S. Januarii mentione, inter carissimas res numerati, discimus, quam vetusta apud Neapolitanos sancti hujus Martyris tutela fuerit.

(22) *Argumentum* tantumdem quod *Artificium*. Mox post illud *vel jure*, distinctionem adhibui: certe ut *τὸ Aliquo modo* conjunctim legatur. Vetatur, ne codex *De Archivo Ecclesiae, vel* (saltem) *jure* (ejusd. Ecclesiae) *discedat*. Nam alioqui incidere necessitates poterant cur codex ad aliquod tempus ex archivo discederet, statim tamen in chartophylacium, ad cujus jus pertinebat, restituendus.

(23) In toties citato Comm. ad 29. Mart. pag. 131. v. 7. falsus errore descriptoris edideram, *Discedat, ut cum* &c. Verum nunc demum comperi apud Mabillonium legi, *Discedat, ne cum*: in Marca vero sic, *Discedere debeat, nec cum*.

oſtenſum eſt Parte II. cap. IV. §. 1. & 8. ac rurſus copioſius cap. VI. De eo in Faſtis marm. die III. Martii ſic legitur: DP.S.PAVLI EPI NRI MAIORIS, i. e. *Depoſitio S. Pauli Epiſcopi noſtri Majoris*. De eodem vero Blanchini catalogus num. XL. haec breviter loquitur: *Paulus Epiſc. ſed. ann. IIII. menſ. II. dies VI. Hic conſtruxit marmoreum baptiſterium in Monaſterio S. Januarii foris Urbe. Fuit tempore Pauli Pape & Conſtantini Imp.*

At Joannes diac. multo plura habet: quae, quo minus huc adſcribantur, nulla eſt invidia; praeſertim cum ea confeſſam hujus Pontificis ſanctitatem luculenter teſtentur. Sic vero incipit. *XL. PAVLVS Epiſcopus. Sedit annos IV. menſes II. dies VII. Fuit autem temporibus Pauli Papae. Hic quoque* (1) *cum Neapolitanae Eccleſiae diaconatus fungeretur officio, Rom. ad urbem frequens Legatus abibat. Vbi praedictum Papam Levitali infula decoratum caeleſti amore conglutinavit ſibi amicum. Qui cum quodam die viciſſim ſodalia verterent colloquia, tamquam adulando* (in bonam partem pro *blandiloquentia* uſurpavit) *Neapolitanus ait Levita, CONCEDAT OMNIPOTENS VT TE APOSTOLICVM VIDEAM. Cui mox praefatus Papa reſpondit, ET EGO TE EPISCOPVM. Quid plura? In brevi ſpatio defuncto Domino Stephano Apoſtolico, Paulus*

(1) Iſtud QVOQVE importune non loco ſuo uſurpatur. Nam prius narrare debuerat, Paulum Papam tunc temporis fuiſſe Eccleſiae Rom. Diaconum, atque ita demum ſubjici poterat iſtud *Hic quoque* &c. At ſcriptorum iſtorum incuria numquam prodigio caret. Hoc vero illud loquendi genus eſt, cum quod dicitur, non tam ad dicta, quam *πρὸς τὸ σιωπώμενον* (ut magiſtri ajunt) h. e. ad id quod tunc reticetur, ac mente retinetur, refertur.

lus Diaconus ad praenuntiatum sibi bonorem (2) *eligitur. Itaque non multo* (3) *post, migrante ad Dominum Calvo venerabili Episcopo, & iste Neapolitanam suscepit cathedram. Sed propter detestabilem imaginum altercationem, quae inter Apostolici tramitis auctoritatem, & foedissimam Constantini Imp. Caballini vertebatur amentiam, novem sunt menses elapsi, in quibus non potuit consecrari; quia tunc Parthenopensis populus potestati Graecorum favebat. Attamen hoc* (cor. *Hic*) *cum cuperet praedicto Papae, quasi amicus de talibus aliquo modo suffragari; clanculo Romam perrexit. Qui statim consecratus Episcopus Neapolim est directus. Sed propter Graecorum connexionem* (h. e. *conspirationem*) *noluerunt illum recipere sui concives. Inito tamen consilio eum ad Ecclesiam S. Januarii Christi Martyris non longius ab Urbe dicatam transmiserunt. In qua duos ferme annos degens plura construxit aedificia. Inter quae fecit triclineum, quod est introeuntibus a parte dextera. Sane Clerus omnis & populus cunctus canonice illi ut vero obtemperabant Pastori, resque omnes Ecclesiae absque ullius detinebat & disponebat obstaculo. Construxit etiam ibidem marmoreum baptismatis fontem, in quo Paschalibus aliisque* (4) *festis omnes oc-*

(2) Paulus Papa I. (de quo hic agitur) non ante extremum Maium anni 757. ordinatus fuit, teste Pagio.

(3) Hoc est undecimo post Paulum Papam mense. Nam Paulum Neapolitanum extremo Aprili anni 758. electum fuisse ac tandem vergente Januario anni 759. fuisse consecratum, infra suadebimus.

(4) Merito *Aliisq. festis* dixit, quia praeter Pascha & Pentecosten, etiam in festo Epiphaniae apud Graecos, & apud Siculos, Gallos, & in pluribus Italiae regionibus administrabatur baptismus. Ergo in Epiphania non dubito Neapoli fuisse baptizatum, qua in urbe forsan nonnulla ex primitivo Graecismo ve-

occurrentes suos baptizabant filios. Interea Neapolitani (5) primates cernentes tam egregiam urbem languidam esse de tanto Pontifice, uno consilio unoque consensu laetantes & gaudentes eum in ipsius Civitatis (6) Episcopatum introduxerunt, ubi duobus evolutis annis requievit in Domino. Dominica namque die Sancti Paschae Missarum sollemniis pene completis cunctos osculatus est clericos & omni populo exhortato SPIRITV MIGRAVIT AD CAELOS (7). Mox ejus exequias totus Clerus omnisque sexus & aetas una cum pueris (8) eadem in nocte baptizatis usque ad basilicam S. Ja-*nua*-

vestigia superfuisse, sed & nonnullos etiam orientales ritus sub CPolitanis principibus Justinianum secutis propagatos, verisimillimum arbitror. Ergo istud *Aliisq. festis* ad *Pentecostes* & *Epiphaniorum festa* est referendum.

(5) *Primates* eos intellige, quos historia translationis S. Severini *Optimates* vocat. Vide Diatribam nostram de Castro Lucullano Par. I. cap. 2. pag. 203. & alibi. Aristocratiae Neapolitanae specimen, tum hinc tum ex aliis plurib. locis alibi a me notatis intelligitur: quae aristocratia non tantum sub Orientis Imperatoribus, verum etiam sub Rogerio & secutis Nortmannorum Regibus perduravit (ut alibi demonstravi) sub tutela tamen suorum Principum. De privilegio, quod Neapolitani consules plurimi numero Amalfitanis concesserunt anno 1190 dixi in eadem Diatriba de Castro Lucullano p. 222.

(6) Notabis, quod pro *Episcopio*, *Episcopatum* usurpavit (quod mihi alibi occurrisse non memini) sicuti hodie apud Italos Episcopalis aedes vocatur *Il Vescovato*.

(7) Disertum hic habes confessae sanctitatis testimonium.

(8) Ex tota Levitae Joannis narratione tria circa baptismi administrationem illius temporis discimus. I. Ter tantum quotannis Neapoli conferebatur, uti modo Adnot. 4. diximus. Ergo, nisi urgeret periculum, infantes ad proximum sollemne administrandi lavacri tempus differebantur. II. Haud passim videtur ad adultam usque aetatem in Christianorum filiis dilatus baptismus; hic enim non nisi *puerorum* fit mentio: quorum nomine *infantes* maxime intelligo. Nam in Christianor. titulis haud raro *pueri* vocantur, qui paucos menses numerarent. Hi vero

nuarii deduxerunt , & corpus ejus in porticum ante Ecclesiam S. Stephani sepelierunt. Anno scilicet quadragesimo octabo Constantini Imp. Caballini, & Leonis Imp. filii ejus anno quintodecimo , currente Indictione . . .

Adhaec infra in Appendice in Actis S. Agrippini quoddam miraculum contigisse narratur sub hoc Paulo Episcopo: *Sub Paulo*, inquit, *Primo*. Ex quibus cognoscimus huic Paulo tria haesisse agnomenta, eaque πρὸς ἀντιδιαςολὴν (*ad differentiam*) alterius illius , quem a Paulo. hoc *Primo* intermedius Stephani II. Episcopatus diremit. Itaque quia in Fastis marm. unus vocatur *Major* ; alterum *Minorem* fuisse dictum necesse est. Rursus quia in eisdem Fastis Stephani successor nuncupatur Paulus *Junior* ; ex eo intelligitur Stephani decessorem nuncupari consuevisse *Seniorem*. Postremo quia hic idem in S. Agrippini Actis *Primus* vocatur; qui post Stephanum sedit, eum consequens est dici consuevisse *Secundum*.

§. II. *Marmorearum ephemeridum cum Joanne diac. collisus a Pauli historia removetur. Nova ad id via sternitur. Anni tam Pauli I. Papatum ineuntis, quam Neapolitae Pauli, tum electi, tum sacrati, tum extincti, in apricum proferuntur. Mos transponen-*

vero infantes in matrum suarum ulnis exsequias Pauli prosequebantur. Confer gemellam illam Vranianam exsequiarum S. Joannis I. descriptionem , in qua loco *puerorum* Neophyti comitantur exsequias : certe quia saec. V. maximam partem adulti petebant baptismum . III. Octavo saeculo adhuc ea nocte quae Sabbatum sanctum & Paschalem Dominicam intercedebat , sollemnis lotio fiebat cum ceteris Sabbati Sancti caeremoniis : id quod etiam mox declarat Joannes diac. in Stephano II. ubi narrat „ cereum ea nocte relictum in favillam redegisse ecclesiam Stephaniam.

nendi Depositiones (quae die suo celebrari nequissent) in mensis alterius dies ἰταρίθμως detegitur .

SED jam ad Joanneum chronicon redeo: cui si credimus , hunc Paulum die ipso S. Paschatis ad caelum evolasse necesse est. Atqui hoc cum Fastis marmoreis aperte colliditur , in quibus *Depositio* (h. e. mortis ac sepulturae dies) in tertium Martii diem conjicitur: in quem nunquam incurrere festum Paschale potuit . Vtri credemus? Si antiquitate standum; ephemerides illae quinquaginta ferme annis scriptioni chronici praecesserunt , ac proinde credibiliores fiunt . Accedit , quod Joannis isthaec de migratione & exsequiis Pauli narratio quam simillima est Vranianae de obitu & sepultura S. Joannis I. narrationi. Non ovum ovo similius . Vterque eâdem sollemnitate Paschali moriuntur: uterque dum sacris operantur : utriusque exsequiae parili neophytorum & ceterorum ordinum pompa decorantur . Huic vero tantae similitudini aliquid videtur subesse fraudis , non ipsius quidem Joannis (quem prorsus ab offuciis ego libero) sed credulae multitudinis : cui familiare est antiquioris gesta ad recentiorem alium transferre; quippe cum in novissimos quosque Sanctos proniora sint studia populorum . Itaque sicuti aevo Joannis Cimeliarchae (h. e. vergente saec. XIII.) totam illam Vranianam narrationem in S. Joannem IV. multitudo Neapolitana transfuderat , quam & Cimeliarches scripto tradidit; sic nono saeculo tantumdem in Paulo Majore peccatum videtur: cujus mortem & exsequias ex S. Joannis I. paribus circumstantiis , tamquam alienis pennis splendescere placuit .

Ve-

Verum quidvis mihi certum eſt perpeti potius, quam ut tam abrupta reſponſione utar. Grave enim eſt chronographi tanti auctoritati obſiſtere: quem non a mendacii tantum culpa, ſed & levitatis & negligentiae abſolvere debeo. Et Joanni quidem tabulas Kalendarii ob oculos fuiſſe neceſſe eſt. Adhaec idem centum vix annis ab obitu Pauli Majoris abfuit. Eumdem ſcimus Pontificum Neap. praeparcum laudatorem fuiſſe. Tentanda eſt ergo via, qua Joannis chronicon cum tabulis marmoreis amice conjuret.

Nec aliud mihi nunc ſuccurrit, niſi ut fingamus animo (quod non tantum veriſimillimum puto ſed & prope certum) nim. conſueviſſe Neapolitanam Eccleſiam, quoties alicujus Epiſcopi Depoſitio ob alterius antiquioris Sancti concurſum coli die ſuo non poſſet, ejus Depoſitionis feſtum ſtabiliter tranſferre in menſem contiguum: non in quemlibet tamen ejus menſis diem, ſed ejuſmodi qui parem notam numeralem gereret. Id quod & a Judaeis in (9) Paſchate celebrando factitatum ſcio; & a Chriſtianis quoque obſervatum in translatione feſtorum, pluribus exemplis in Comment. ad Kalendar. marm. docui, quae nunc parata (10) non habeo.

Ergo mihi videtur hic Paulus ſenior anno 763. ad ſuperos tranſiiſſe (eccur eo anno tranſierit, in ima

(9) Qui ſive itinere ſive alio obſtaculo prohibebantur Paſcha die ſuo Hierosolymis celebrare, ſinebantur id menſis ſequentis die *ἰσαρίθμῳ* facere: quod *Paſcha ſecundarium* vocabatur.

(10) Hujusce, inquam, moris exempla plura memini pro re nata mihi obſervata fuiſſe in cit. Commentario ad marmor. Kalend. Verum ea circumdatâ, ut ſic loquar, indagine venari nec otium nunc, nec volupe eſt, antequam index edatur.

ima (11) pagella exponimus) & quidem Paſchali ipſo die abiit, teſte Joanne. Cum ergo anno 763. Paſcha in III. Aprilis incidiſſet; eopte die neceſſe fuiſſet ejus Depoſitionem quotannis celebrari. Atqui is dies jamdiu (h. e. a trecentis plus annis) *Depoſitione* S. Joannis I. occupatus fuerat, ut tabulae mar-

(11) Certiſſimum eſt, uti ſupra Adnot. 2. monui, Paulum I. Papam ante finem Maii anni 757. conſecrationem Epiſcopalem accepiſſe. Atqui non multo poſt Paulum Neapolitam fuiſſe electum Epiſcopum, aperte Levita Joannes teſtatur. *Itaque*, ait, *NON MULTO POST* (Pauli Papae ordinationem) *migrante ad Dominum Calvo ven. Epiſcopo*, & *iſte* (Paulus) *Neapolitanam ſuſcepit Cathedram*. Hactenus enim de electione Pauli Epiſc. agitur, quam non multo poſt Pauli Papae inaugurationem contigiſſe memorat. Ceterum poſt Pauli noſtri electionem novem fluxere menſes, ante quam conſecrationis munus acciperet. Poſtremo is poſtquam a Paulo Papa ſacratus fuit, in epiſcopatu annos IV. menſ. II. dies VII. tranſegit. Haec omnia ex loco chronographi, quem ſupra adſcripſimus, conſtant.

Nunc ſi quidem ſecundum receptiorem opinionem ſtatuamus Paulum noſtrum anno 767. deceſſiſſe (cui ſane opinioni annus Copronymi XLVIII. ab Joanne indicatus favet: quam proinde in adnotatis ad Blanchini laterculum ſupra Par. I. ſecutus fui) cum quidem eo anno Paſchalis dies (quo die Paulus obiit) in XIX. Aprilis incurrerit; ſubtractis inde annis IV. menſ. II. dieb. VII. ſequetur eumdem Paulum ante medium Februarium anni 763. conſecratum fuiſſe: proinde (ſi menſes alios novem ab electione ad conſecrationem lapſos detraxeris) menſe Maio anni 762. electum fuiſſe, h. e. integro poſt initam a Paulo Papa cathedram quinquennio. Hoccine vero eſt illud, *Non multo poſt* ab Levita Joanne uſurpatum? Imo ea loquendi ratio menſes potius aliquot, quam ſolidum quinquennium fluxiſſe deſignat.

At ſi ponamus, Paulum noſtrum Paſchali die anni 763. (h. e. die 3. Aprilis, qui eo anno Paſchalis fuit) obiiſſe; detractis iis, quae detrahenda diximus, ſequetur eidem exeunte Januario anni 759. fuiſſe a Papa impoſitas manus, ac poſtremo (aliis novem ademptis menſibus) eumdem exeunte Aprili anni 758. electum fuiſſe, hoc eſt dumtaxat undecimo poſt initam a Paulo Papa cathedram menſe. Hoc nim. eſt illud *Non multo poſt*.

At, inquis, Conſtantini Caballini annus quadrageſimus octa-

marmoreae docent. Quid ergo Neapolitanus Clerus ageret? Eo nempe recurrerunt, quod in similibus casibus factitabatur: nimirum ut in tertium item alicujus mensis contigui diem Pauli Depositio transponeretur. In Majo autem id praestari nequibat: cujus dies tertius festo Inventionis S. Crucis jamdiu fuerat anteceptus. Mensis ergo Martii (quando id unum relinquebatur) die ἰσαρίθμῳ (*paris numeri*) S. Pauli Depositionem celebrare nostri homines occupaverunt.

§. 3. *De notarum Kalendarii marmorei intelligentia.*

ATQVI si ita se res habet; jam, inquis, saepe a nobis observata de notis DEP. PAS. NAT. nutabunt. At nolo equidem, qui de his notis toties in Commentario ad Kalend. marm. disputaverim, hic longius detinere lectorem. Tantum paucissima fulcri instar adscribam, quo minus alibi dicta vacil-

ctavus (quo Paulus obiisse narratur) irrefragabilis est anni 767. character. Fateor id quidem. Verum quod sequitur, *Et Leonis fil. ejus anno quintodecimo*, is character est potius anni 766. Nam quia Paulus Paschali die obiit, Leo vero in festo Pentecostes anni 751. coronam a patre accepit; ex eo fit consequens ante Junium quidem anni 766. adhuc annum Leonis quintum decimum cucurrisse: ab Junio vero anni 766. ad Junium anni 767. non XV. sed XVI. annum Leonis debuisse numerari.

Postremo si Vghello licuit Pauli Neapolitani mortem in annum 764. (h. e. in Copronymi annum XLV.) conferre; cur mihi non liceat ejus obitum in annum praecedentem conjicere? praesertim tantis propositis commodis, ut scil. Pauli nostri electio propius Papae consecrationi admoveatur; & vera tandem causa pateat, cur qui Paulus die Paschali mortuus proditur, ejusdem *Depositionis* festum die III. Martii Ephemerides marmoreae signaverint.

Ceterum in Levita Joanne notas chronologicas passim mendosas esse, numerosque in primis (sive integris litteris, sive notis expressos) raro ab errore immunes deprehendi, vetus est hominum expostulatio.

lent. I. Certissimum est, *NATALE* tantumdem esse, quod festum quodvis anniversarium, sive Inventionis, sive Translationis, sive Dedicationis, sive alterius generis: quae *Natalis* notio apud profanos etiam scriptores tritissima est. II. Certum quoque est, per notas PAS. & DEP. in hisce marmoribus designare nostros homines voluisse, eo die agi primarium ejus Caelicolae festum, nempe illum diem, quo sive martyrii coronam emeruerit, sive morte propria ad parata sibi gaudia provolaverit, sive sepulturam sit consecutus.

Ac sane, quod dixi, fere semper cum historia cohaerere, in Comment. ad id Kalendarium demonstravi, nempe eopte die sive Martyres accepisse coronam, sive non Martyres vocatos ad praemium. Quod sicubi ea notarum significatio cum historia non consenserit; tum aliquid certe arcani latet. Nempe interdum Neapolitani receptam sua aetate opinionem sunt secuti, qua putabatur is Sanctus eo die sublatus aut sepultus, quo ejus PAS. aut DEP. notatur; etsi postea diversa de eo sententia steterit. Id millies accidisse in Comment. ostensum fuit. Interdum etiam diem, quo is Caelicola obiit, aut sepultus fuit, antiquiore festo primario occupatum repererunt; ita ut necesse fuerit recentioris Sancti celebritatem emortualem transponere.

Atqui hoc ultimum ubi faciendum erat, saepissime (nempe ubi id commode poterat) in ἰσάριθμον (*paris numeri*) diem mensis alicujus attigui postponebatur, aut anteponebatur. Et tamen nihilo minus is dies notis PAS. aut DEP. praesignabatur: quibus notis ostensum voluere, eo die non festum aliquod secunda-

rium

rium agi (veluti Inventionis , Translationis &c. quae festa generali notâ NAT. signare maluerunt) sed primarium , cui *Depositionis* aut *Passionis* imponebatur compendiarium nomen. Compendiarium voco ; nam plena locutione *NATale PASsionis*, aut *NAT. DEPositionis* appellabatur. Verum quinquies tantum hujusmodi plena locutio in Fastis (12) marmoreis occurrit ; quia unius versus angustiae eam passim usurpari vetabant. Itaque in hoc Kalendarii marmorei loco , quo Pauli Majoris festum adnuntiatur, pro DP. scribendum fuisset integrum illud NAT. DP. (h. e. *Natale depositionis* nim. transpositae in ἰσάριθμον alterius mensis diem) si id spatia permisissent. Nunc exclusi angustiis, usitato more illud DP. tantum scalpere satis habuerunt.

At contra regulas superiores (quas in hisce Fastis marmoreis valere nostri majores voluerunt) narratum mihi fuit, quosdam mihi non satis aequos insurrexisse. Verum hisce omnibus difficultatibus jam pridem in Comment. ad Fastos marmoreos sexcentis prope locis (nempe prout quaeque loca postulabant) responsum fuit: quae si viris optimis pensi fuisset cognoscere; satis sibi in antecessum fuisse factum reperissent.

(12) Mense Augusto quater id scalptum reperitur. Die X. in hunc modum: N. PAS. SCI LAVRENTI, h. e. *Natale Passionis S. Laurentii*. Die XIII. NAT. PAS. SCI VPPOLITI, pro *Hippolyti*. Die XXII. NT. PAS. SCE THECLE. Die XXV. NT. PAS. S. BARTHOL. AP. Adhaec semel etiam die XIII. Decembris hoc modo : N. P. S. EVSTRATI. Qua locutione plenissima τὸ NAT. (quod communiter quodlibet festum quotannis recurrens designatur) generis locum tenet. PAS. vero est loco differentiae. Ad eum modum NAT. DEP. itemque *NAT. Inventionis*, *Translationis*, *Dedicationis*, *Cathedrae*, & sexcenta id genus usurpare licuisset, nisi artiora unius versus spatia prohibuissent.

Nunc hanc universam telam retexere nec voluntas est, nec voluptas. Quis scit an non aliquando, Deo juvante, peculiari de his notis opusculo argumentum istud complecti integrum liceat.

CAPVT XIII.

De S. IOANNE IV. sive SCRIBA, Episcopo Neap.

DE hoc Pontifice plurima in ea Diatriba diximus, in qua in aetatem Kalendarii marmorei inquisivimus: quae quidem in aditu Commentarii ad id Kalendarium prostat. Haud pauca etiam de eodem produximus in nupera Differt. de Cathedrali Neap. unica. Postremo in hujus quoque opusculi Parte II. ubi de Tiberio Episcopo (cujus acta cum Joannis Scribae rebus conserta sunt) sermo fuit, plura ex Joanne diac. attulimus, & eximia luce perfudimus, quae ad hunc Antistitem mirifice pertinent. Non aliud ergo relinquitur, nisi ut ea ex eod. Levita Joanne huc adscribam, quae in Tiberio non attuli, propterea quod nihil cum eo commune haberent. Nam cur in ejusdem S. Episcopi vitam vergente saeculo XIII. a Jo: Cimeliarcha consarcinatam commentari negligam, habeo satis probabiles (*) causas.

Ex-

(*) Joannes Ecclesiae Cathedralis Cimeliarches quid sibi sua scriptione voluerit, ipse in prologo (quem in Differt. de Cathedrali unica, & in Peremptorio Edicto nuper illustravimus) satis ostendit: cujus ultima verba haec sunt: *Curavi ... vitam & conversationem & mortem* (Joannis IV.) .. *ad honorem Ecclesiae Neap. & Capituli compilare*. Et quidem *vitam & conversationem* ejus ita *compilavit* ex chronico Joannis diac. ut verbis totidem ex eo descripserit.

At vero in ejus morte ab Joannis chronico diversus abiit: in qua pessimo exemplo Vranianam obitûs S. Joannis I. narratio-

Excerpta quaedam ex hujus Pontificis vita, quam Levita Joannes conscripsit.

JOhannes Episcopus sedit (1) Annos VII. menses VIIII. dies XXII. Si enim hujus vitam, vel mores, qualiter a juventute juste & pie vixerit, scribere tentavero, non dico meae (2) adolescentiae, cujus

tionem totam in suum Joannem Quartum transfudit. Id quia pluribus ostendi ad Kalendarium marmor. ad III. Aprilis; his de causis actum agere nihil hic necesse fuit.

(1) In Diatriba quam in ingressu Commentarii ad Kalend. marm. posui, pag. XXXVIII. suspicabar, in Joan. diac. hic pro VII. legi debere XII. nim. quod pro nota denarii facile character quinarii irrepserit. Id vero supra ad Blanchinianum catalogum Adnot. 69, retractavi, eo quod inter Paulum Juniorem atque Tiberium tribuenda sint sua Urso Electo tempora: quo fit, Tiberii exordia in annum 822. esse conjicienda. Decursis vero annis XX. & quod excurrit (tot enim Tiberio Episcopo tribuuntur) jam in annum 842. incurremus; a quo primordia Joannis Episcopi procedunt. Jam vero quia certum est, Athanasium mense Martio anni 850. ordinatum Episcopum; ex eo fit, illos octo annos, qui inter finem Tiberii & initia Athanasii fluxere, episcopatui Joannis IV. relinqui: proinde recte in Joanneo & Blanchiniano catalogo scribi, *sedit annos VII. mens. IX. dies XXII.*

(2) Hic locus ad aetatem hujus Joannis diac. qui haec scripsit, perspiciendam mirifice valet. Is enim peradolescens scripsit hoc chronicon. Videbatur autem illud scripsisse inter annum 872. (in quem incidit mors & sepultura S. Athanasii in monte Casino cujus hic Chronographus meminit) & annum 877. quo ex monte Casino Neapolim translatus fuit: cujus translationis hic noster non meminit. Fingamus enim circ. annum 875. ab hoc Joanne, tunc forsitan viginti annos nato, hoc chronicon fuisse contextum. Ita Joannes anno circiter 855. sub Athanasio Episcopo natus, vitam usque ad Athanasii III. tempora, & ultra annum 940. (per quae tempora quaedam scripsisse dicitur) longaevus prorogaverit. Sic ratiocinabar.

Sed id verius, quod memini alibi me chronici hujus scriptionem exeunti saeculo IX. affixisse. Vide sup. Par. I. pag 82. in fine Adnot. 102. Quod nunc adeo non revoco, ut potius probabilius censeam. Nec enim ex eo quod translationis Athanasianae

jus sensus propter aetatem adhuc intercluditur, verum etiam sagacioribus oneri fuerit. Tamen in quantum vires suppetunt, ob laudem ejus posteris propagandam de vitae illius actibus aliquantulum enarrare curamus: obsecrantes prius, ut nullatenus irrideant, quod non secundum saeculum ex nobili prosapia oriundus descendit; quia qui rectae nobilitatis est, quae viget in Christo, novit Dominum ab initio pauperum egenorumque consortio usum. Igitur ex infimis parentibus procreatus, pauperem cucurrit pueritiam. Cum autem adolevit, non sicut illa aetas assolet, mundi secutus est illecebras, sed magis se Praeceptorum elegit subdere manibus, quatenus litteris imbutus, soli Domino sciret vacare. Non enim magnopere liberalium artium, sed Divinae doctrinae potissimum quaesivit magistros, utpote totum se Deo offerre cupiebat. Cujus desiderium Dominus misericorditer adimplere dignatus est. Nam Divinae doctrinae eruditor (3) *praeclarus effulsit. Praesertim sic scribere novit, ut ex officio cogno-*

nae non meminit Noster, continuo sequitur, intra quinquennium, quod obitum &. translationem intercessit, necessario Joanneam chronographiam fuisse perscriptam. Nam cum ea translatio in Athanasii II. res gestas inciderit; maluit Joannes hujus episcopatum haud satis probabilem relinquere intactum, quam aut quemquam offendere, aut in sinceritatem peccare. Id si est; nae is facile annum 960. potuit attingere, & circa id tempus opuscula quaedam satis longaevus conscribere. At vero qui duplicem Joannem diac. (chronographum unum, biographum alterum : quorum unus alterius aetati successerit) obtrusere nobis, eos minime audio.

(3) Inter cetera S. Athanasius ejus successor huic Joanni erudiendus traditus a parentibus fuit, uti noster Chronographus in Athanasio narrat. Unde S. Joannes *Athanasii nutritor* vocabatur. Quid porro magistri disciplina valuerit, ex tanto discipulo discimus.

gnomen acciperet, & ab omnibus Johannes (4) *SCRIBA vocaretur. Pedes quoque ejus raro platea tetigit. Simplicitatem columbae cum serpentis prudentia semper in corde retinuit. Pro conviciis non malum, sed* (5) *obedientiam exhibebat. Ac per hoc omnibus dulcis, omnibus carus, nutu caelesti ad Diaconatus promotus est honorem. In corde vero illius* (*) *eadem patientia, eadem perseverabat simplicitas, dolens magis aliorum quam sua convicia. Maxime ex captione praedicti Tiberii Episcopi, ita ut aegrotaret, afflictus est. Sed sicut supra* (in Tiberio scilicet) *retulimus, cum praedictus Bonus Tiberium &c.* Quae huc pertinent, supra carptim recitavimus Part. II. a pag. 149. ad 153. Ad Joannis IV. nunc gesta in Episcopatu veniamus.

Sergius item Consul, animatus ex professione, quam Tiberius (6) *Episcopus fecit, Apocrisarios suos Ro-*

(4) Honestissimum artis genus, quam & clerici & monachi, & Episcopi, imo & Imperatorum aliqui factitasse legitur. Qui id agerent, ii soli tunc satis eruditi videbantur.

Et hic quidem olim SCRIBAE cognomen ab arte sibi quaesiverat. At saec. XIII. idem vulgo *Ad acquarolam*, teste Joanne Cimeliarcha cognominatus fuit, nim. ab *Aquula* quae prope ejus sepulchrum tunc saliebat in usum fontis baptismalis: de quo vide in Differt. de Cathed. unica in Edict. Perempt. pag. 354.

(5) Sicuti *Obsequi* pro eo quod est *Obedire* ponitur; ita hic vicissim *Obedientia* pro *Obsequio* seu *Servitio* usurpatur. Hinc vocabulum servitii feudalis evasit. In charta Fulconis an. 1273. apud Fresnium: *Angariis, parangariis, obedientiis* &c. Alia exempla in eodem reperies.

(*) Tanta tunc Neapoli diaconatus sublimitas habebatur, ut hinc exornandi Joannis argumentum arripuerit scriptor, quod *ad Diaconatus promotus honorem*, tamen adeo tumoris nihil praesetulerit, ut *eadem patientia ac simplicitate* sese demitteret. De tanto hoc diaconatus Neapolitani apice alia rursus adnotabimus in Appendice ad vitam Athanasii longiorem.

(6) Jam jam moriturus. Eam professionem sup. pag. 152. re-

Romam destinans, obnixius Johannem Electum inthronizari postulavit. Sed Domnus (7) Gregorius Papa Romuleus tamdiu hujusmodi petitionem distulit, quoadusque missa legatione canonice investigaret, ne Pontificalem subriperet Sedem. At ubi clericorum & laicorum, simulque ipsius Ducis juris-jurandi satisfactionem accepit, quod nec sedem voluntarie accepisset, vel invasisset, nec aliquid contra Tiberium, sed pro Tiberio egisset, & ut ipse confessus est coram omnibus, ei bona periclitanti impendere studuisset; illico accersitum Pontificali Infula decoravit. Proh! factus Episcopus, quantum & qualem se exhibebat, nulla carnis lingua poterit enarrare. Nam omnia fiebat omnibus, ut omnes lucrifaceret. Senes reverebatur ut patres, juvenes diligebat ut fratres; nulli unquam malum pro malo reddebat; neminem nisi pro suis criminibus increpabat. Quem maerentem non consolatus est? Cum quo infirmante non infirmatus est? Sic praeerat cunctis, ut ipse magis videretur subjectus. Hic hic fuit secundum Apostolum Pontifex, ut etiam testimonium a (8) foris haberet: non enim nisi pius, nisi justus, nisi sanctus per omnia videbatur...

Ad

recitavimus. In eâ haec ultima morientis verba fuerunt: *Quia magis misericordia meae consolationis, quam praesumptione motus, vivo me episcopatum assumpsit, nulla immineat illi nec a Rom. Sede, vel ab aliis hominib. condemnatio. Hujus etenim PROFESSIONIS, quam sponte pro illo feci coram Deo & omnibus potestatibus, veritatis testes vos habere decrevimus.*

[7] Gregorii IV. Pontificatus non ultra Januarium mensem [cujus die XXV. obiit] anni 844. processit. Quo fit S. Joannem IV. serius anno 843. consecrari nequivisse [certe ut hujus & Athanasii spatia cathedrae sibi constent] nec citius anno 842. ne Joannes plus octo annis sedisse reperiatur. Confer Adnot. 1.

(8) Alludit ad 1. Tim. III. 7. *Oportet autem illum & te-*

Ad sanctum igitur Chrisma conficiendum fecit unam deauratam ampullam, in cujus labiis nomen suum descripsit. Acquisivit autem thimiateria ex auro fabrefacti operis, similique labore auream operatus est Crucem. Codices vero manu propria utiles & plures descripsit (*). *Corpora* [9] *quoque suorum Praedecessorum de sepulcris, in quibus jacuerant, levavit, & in Ecclesia Stephania singillatim collocans, aptavit unicuique arcuatum tumulum, ac desuper eorum effigies depinxit. In* (10) *eodem denique tempore Theophilo mortuo* (11) *filioque ejus Michahelio Imperante, multorum naves Sarracenorum latrocinari per Italiam cupientium Poncias* (12) *ire decreverunt. Tunc Sergius Con-*

testimonium habere bonum ab iis qui foris sunt. A quibus extraneis testimonium Joannes haberet, non alios reperio, quam Saracenos: quos hujus aevi scriptores *Ethnicos* aut *Paganos* nuncupare solent, & quos hic idem Joannes chronographus *Paganissimos* haud raro vocat, etiam in iis, quae infra adscribemus. Hinc illud est, quod quibusdam locis, in quibus Saraceni habitarunt, *Paganorum* adjunctum haesit: cujusmodi est *Nuceria* aut *Luceria Paganorum*, aliter *Saracenorum* dicta. Taceo alia nonnulla loca, veluti *Castel Pagano*, & *Castel Saracino*. Etiam Saracenorum igitur testimonio exornabatur Joannes.

(*) Eosq. haud dubie in Ecclesiae tabularium intulit; quia inter ejus donaria hoc a scriptore refertur.

(9) Hic ille locus est quantaevis utilitatis, qui ad ritus canonizationis Sanctorum IX. saeculi pertinet: quem in ea Diatriba, quam Commentario ad Kalendar. marm. praemisi, accurate illustravi pag. XXX. & seq.

(10) Praelia quae sequuntur, ea tantum gratia adscribo, quod ipsa quoque ad laudem Joannis Episcopi pertinent. Nam infra dicitur Sergius Consul *hujus Episcopi* (Joannis) *precibus confisus*, *bellum cum eis* (Saracenis) *aggressus*.

(11) Mortuus est Theophilus die XX. Januarii anni 842, ubi regnasset an. XII. mens. III. dies XVIII.

(12) Livius, Mela, Plinius sic quoque plur. num. dixere *Pontias*: at Graeci maluere *Ποντίας*: hodie *Ponza*.

ſularis (13) *una cum Amalphitanis Caietaniſque ac Surrentinis, non in multitudine populorum, ſed in miſericordia Domini, & HVIVS EPISCOPI* (14) *PRECIBVS CONFISVS, bellum cum eis eſt aggreſſus. Quibus devictis, Domino protegente, celeriter triumphavit. Perinde vero illorum Hiſmahelitum victoriam adeptus eſt, qui LICOSAE* (15) *latitabant. Propterea*

(13) Muratorius emendari vult *Conſul*. Ne mura. Ex antiquorum lectione noſter didicerat, rectores provinciarum haud raro *Conſulares* vocari; idque hic imitari voluit, ſimul arbitratus, inter *Conſul* & *Conſularis* nihil intereſſe.

(14) Quae igitur proſpere geſta mox narrat, omnia S. Joannis precibus accepta refert.

(15) *De Leucoſia inſula, hodie Licoſa*.

Quae olim Paeſtani ſinus inſula ſive *Leucaſia*, ſive *Leucoſia*, ſive *Leucothea* dicebatur, ea huic chronographo *Licoſa* vocatur, & nunc quoque *Licoſa* aut *La Licoſa* dicitur. Et ejus quidem plurima apud antiquos mentio eſt ad Plinium uſque. Nam poſt Plinium nunc primum *Licoſae* (corrupto vocabulo) mentionem reperio.

Ex hoc autem Levitae Joannis loco diſcimus, aevo medio hanc perexiguam inſulam ὁρμητήριον ac receptaculum Saracenorum fuiſſe. Ante hos paucos annos cum in ora amoeniſſima, quae huic inſulae objacet (quae ora & ipſa ſibi *Licoſae* nomen invenit) apud nobiles mihique amiciſſimos Granitos, regionis illius dominos, ruſticarer; vidi in ea, de qua loquor, inſula parietinas plurimas: ex quibus eam olim fuiſſe habitatam perſpicitur. At eam ab uſque nono ſaeculo a Saracenis fuiſſe occupatam (quod ex hoc Diaconi loco intelligimus) non miror, cum eſſet quoquo verſum ad incurſiones faciendas opportuniſſima. A quibus poſtquam incoli coepit; tunc credo in ſupercilio montis, qui orae imminet, exſtructum fuiſſe ab orae illius accolis oppidum, in quo tuto a Saracenorum impreſſionibus habitarent. Id oppidum *Caſtellum Abbatis* nuncupatur, facile quod ab aliquo Abbate Benedictini monaſterii Trinitatis primitus munitum fuerit. Id hodie feudum eſt viri amiciſſimi, Marchionis Pariſii Graniti patricii Salernitani. Haec de hodierna *Licoſa*: quae, uti dixi, tum inſulae ſatis parvae, tum etiam objacentis orae piſcoſiſſimae nomen eſt.

Nunc pauciſſima eorum proferam, quae ad antiquitatis noti-

titiam pertinent: de qua memini olim plurima me scitu jucunda collegisse. Sed nunc eas schedas frustra quaesivi. Verum loco alieno plura afferri de *νησιδίῳ* isto (quod non immerito non nemo antiquorum *πέτραν* verius appellavit) non opus erat. Ea igitur insula una ex *Sirenusis* tribus fuit; quippe ab una Sirenum, cui nomen sive *Leucasiae*, sive *Leucosiae*, sive *Leucotheae* fuit, haec insula tria eadem nomina sibi peperit: nam aliae duae Sirenes erant *Parthenope* & *Ligia*, ut memorat Stephanus in *Σειρηνοῦσσαι*. Et *Leucasia* quidem dicitur Dionysio Halic. (qui ab Aeneae consobrina ibi sepulta sic vocatam prodidit) Straboni, & Plinio. Eadem Lycophroni, Straboni, & aliis *Λευκωσία* h. e. *Leucosia*, secunda producta, scribitur; etsi Ovidius secundam corripiat. Postremo est & alia scriptura ab iis longe diversa, qua & *Leucothea* vocabatur. Sic ea nuncupatur Melae lib. II. cap. 7. & Plinio III. 6.

Haec autem tria nomina tantum dialecto differre ajo. De *Leucasia* & *Leucosia* res ipsa monet; praesertim cum in Strabone id nomen cum A & cum Ω promiscue scribatur. At etiam *Leucothea* a *Leucosia* non magis differt, quam Θεὸς a Σιὸς. Scitum est enim, quod ceteris Graecorum Θεὸς [*Deus*] vocabatur, hoc Aeolibus Doribusque Σιὸς fuisse dictum. Dores igitur *Leucosiam* vocabant, quam *Leucotheam* ceteri. Ex eo porro quod ea insula usitatius cum sibilo quam cum Th pronuntiatur, id argumento est, eam antiquitus fuisse a Doribus frequentatam.

Miror autem hoc unius tantum dialecti discrimen, quod inter *Leucosiam*, & *Leucotheam* intercedit, non modo aetatis nostrae philologis, sed ne Plinio quidem innotuisse. Quod si ille vir tantus animadvertisset; numquam animo tam abalienato fuisset, ut Leucotheam aliam a Leucosia faceret. Nam qui lib. III. cap. 6. cum Mela *Leucotheam* situ suo recensuerat, idem cap. seq. *Contra Paestanum sinum*, inquit, *Leucasia est, ab Sirene ibi sepulta appellata*.

Quandoquidem autem in his sum; nolo hic veterem titulum cippo inscriptum, nec dum editum, praeterire: quem in proximo *Castello Abbatis* repertum Parisius Granitus ejus oppidi Dominus in villam, quam sibi in ora insulae Leucosiae opposita aedificaverat, transtulit. In antica cippi facie intra quernam coronam, cui spicae innectuntur, sic reperi litteris elegantissimis scalptum.

CERER..
SACR
VOCONIA
SEVERA

Hinc atq. hinc taedae erectae stant, in singulis cippi angu-

 lis

ea magnus exercitus Panormitanorum (16) *adveniens, Castellum Misenacium comprehendit. Ac inde &c....*

Quae sequuntur prospere pugnatae pugnae, iis ita nolui defraudare lectorem (quid enim iis gestis carere finerem, quorum prosperi eventus Joannis hujus beatissimi PRECIBVS debebantur? vide sup. Adnot. 14.) ut tamen ea in imam (17) ceram confer-

lis singulae: in dextro cippi latere simpuvium sive capedo, in sinistro urceus. In postica facie epigramma recentioris aetatis scalptum erat hujusmodi:

BRITTIVS
PRAESENS
V C
CO . . . ECToR
CVRAVIT

Ac mihi videtur hic *Brittius Praesens vir clarissimus* non alterius provinciae quam Lucaniae, in qua lapis est, fuisse CORRECTOR; eaq. de causa τὸ LVCANIAE omissum a lapicida fuisse. Nec illud inusitatum fuit, ut in antiquiorum inscriptionum aversis partibus recentiora epigrammata signarentur, quoties lapis alius ad manus non fuisset artifici. Hoc & Christiani factitarunt, quorum tituli saepe occupant ethnicorum epigrammatum oppositas facies. Conjuncta Lucaniae & Bruttiorum administratio suis *Correctoribus* sub Constantino ac deinceps committebatur; eaq. de causa post CORRECTOR subauditur *Lucaniae* (intra quam cippus erat) *& Bruttiorum*: id quod in sexcentis prope marmoribus reperitur.

[16] Ex regionibus peculiaria sibi nomina Saraceni adsciscebant. Infra *Africani* non alii quam Saraceni sunt, qui recens ex Africa transfretaverant. Hic vero *Panormitani* sunt Saraceni, qui Panormum ac vicina loca incolebant, qui & ipsi ex Africa in insulam appulerant:

(17), Ac inde Africani in forti brachio omnem hanc re-
, gionem devastare cupientes. Romam supervenerunt, atque
, jaculato de caelo judicio, Ecclesias Apostolorum, & cuncta,
, quae extrinsecus repererunt, lugenda pernicie, & horribili
, captivitate diripuerunt. Idcirco motus Lotharius Rex Franco-
, rum ferocem contra eos populum misit, qui celeriter prope-
, rantes, eos usque Cajetam sunt persecuti. Hic autem Sarra-
, ceni, solitam molientes stropham (h. e. *fraudem*) in locis
an-

ferre satius duxerim. Iis porro narratis, sequitur viri sancti obitus: quem ita describit, ut Joannem Cimeliarcham diversa (18) narrantem aperte damnet.

Decurrentibus istis, ut praelibavimus, Domnus Johan-

, angustis & arduo calle nonnullos audaciores absconderunt. , Franci vero ignorantes calliditatem eorum, conabantur viriliter super eos descendere. At illi de latibulo exsilientes; irato Deo, primum ipsorum percusserunt signiferum, quo perempto, cunctis terga vertentibus, validissime occidebantur. , Et nisi Caesarius filius Sergii Ducis, qui cum navigiis Neapolitanorum, & Amalfitanorum venerat, littoreum conflictum cum eis coepisset, nullatenus a persequendo recedebant. Laetantes igitur, utpote paganissimi, de tanto triumpho, Cajetanam Urbem capere conabantur. Sed Caesarius praedicti Sergii filius, hoc animadverso, cum ratibus suis & Amalphitanorum, in portum ejusdem Civitatis, magis Custos quam propugnator divertens, Domini protectione illis obsistebat. , Interea Salvatoris omnipotentia, quae humiliat seipsos exaltantes, suisque in viribus gloriantes, tempestivam excitavit procellam in puppes, tantaeque superviae naufragium comminantem. Unde perterriti a Caesario, sibi dari pactionem petierunt, quatenus naves ad terram subducerent, acceptaque serenitate ad sua repedarent. Hoc e vestigio nuntiato Sergio Duci, jussit illud sub jurejurando fieri, pavens ne navibus illisis terram caperent. Quo peracto, & serenitate reddita, ire coeperunt. Sed pelagi vastitatem sulcantibus, excitavit Dominus austrum, quo dispersi atque demersi, paucissimi ex eis ad sedes remearunt suas. Eodem quoque anno, supplicatione hujus Sergii Principumque Langobardorum, direxit Lotharius Imperator filium suum Lodoguicum bonae adolescentiae juvenem, propter catervas Saracenorum Apuliae sub Rege commanentes, & omnium fines depopulantes. Qui adveniens caelesti comitatus auxilio, de illis Hismaelitis triumphavit. , Et sagaciter ordinata divisione Beneventani & Salernitani , Principum, victor reversus est.

(18) Joannes Cimeliarches quadringentesimo post hujus Diaconi chronicon anno vitam S. Joannis IV. scripsit: in qua opinionem saeculi sui secutus, Uranianam de obitu S. Joannis I. narrationem, quam sup. cap. VIII. recitavimus, in hunc Quartum transfudit. At noster Levita Joannes, qui ejusdem Quarti aetati successit, ac proinde ejus res nosse melius Cimeliarche debuit,

Johannes Episcopus vir totius (19) *Sanctitatis, sensit sibi diem adesse solutionis, quo sui* (20) *nominis gratiam susciperet. Gaudebat enim, quod brevi temporis spatio dissolutus, finem daret suo certamini, & multo melius esset cum Christo in perpetuum. Septem quoque dierum vi infirmitatis detentus, sedulus in oratione excubans, gratias referebat Domino. Quibus transactis, requievit in pace. Luxit sane populus cunctus, tanto orbatus Pastore, sed exsultavit chorus Angelorum, quod municipem suum in caelis suscepit. Insignis* (cor. *insignes*) *ejus exsequias uterque sexus & aetas usque ad Basilicam* (21) *Sancti Januarii deducentes, officialiter* (22) collocarunt, *Indictio-*

buit, cum Joannis eximius praeco esset, tamen nihil tale de ejus transitu narrat: idem vero S. Joanni I. eadem omnia, quae Vranius tribuit. Vide a me dicta tum Partis hujus cap. VIII. tum Par. II. cap. III. pag. 112. tum postremo copiosius ad Kalendarium marmoreum ad diem III. April.

(19) Est ex sermone *ἰδιωτικῷ* petita locutio: quam non tantum nono, sed etiam tertio & quarto saeculo fuisse usurpatam, nec tantum a Christianis sed etiam ethnicis, reperio. Praesertim in illorum saeculorum marmoribus ea est tritissima. In Capuano lapide inedito legisse memini, *Vir totius bonitatis*. Ac nisi fallit memoria, in historiae Augustae scriptoribus haud semel id legitur. Nunc quoque sic passim laudare solemus: *Di tutta bontà, integrità* &c.

(20) Graecia Christiana *Φερωνύμους* vocabat eos, quorum nominibus facta congruerent. *Joannes* autem Hebraice idem est, quod Latine *Gratia Dei*.

(21) Extramurana basilica S. Januarii facile est intelligenda. Sed postmodum sive ab ejus successore S. Athanasio sive ab Athanasio II. sub initia sui episcopatus, S. Joannes reductus in Cathedralem fuit, & in Oratorio S. Laurentii Episcopi Neap. positus: in quod Oratorium postea etiam S. Athanasius e Casino translatus fuit.

(22) Novum adverbium: quo significatur, funeris pompam fuisse liturgicam, h. e. ad ritus ab Ecclesia praescriptos, non ad saeculi fastum conformatam.

ctione (23) *decima* , *Anno Imperatorum* .

CAPVT XIV.

De S. ATHANASIO Episcopo Neap.

DE hoc ſancto Antiſtite celeberrimo, cujus non Neapoli ſolum, ſed & apud plurimas Chriſti Eccleſias prolixa eſt veneratio , in Appendice , in qua in plura ejus Actorum loca commentari eſt animus , mihi dicendi locum reſervo .

CAPVT XV.

De S. MARCIANO Episcopo Neap.

SECTIO I.

An Marciani hujus feſtum in Kalendarii Marmorei tabulis ſignatum reperiatur .

EX iis quae de hoc Marciano Par. II. cap. III. pag. 119. dixi, perſpicuum eſt, eum & Epiſcopum Neap. fuiſſe, & ab Eccleſia Neap. olim ſacris honoribus decoratum . Utrum vero in Faſtis marmoreis uſquam ejus feſtum adnuntietur , vehementer dubito . Ac ſane hunc Praeſulem ſibi locum in iis Faſtis reperiſſe, tam mihi certum olim videbatur, quam quod certiſſimum. Quid enim ? Eopte die triceſimo Octobris, quo S. Marciani noſtri feſtum in ve-

(23) Anno 850. (quem circiter Joannem hunc e vivis ſublatum, praecedentium & ſubſequentium Pontificum *συνεχεία* oſtendit) Indictio XIII. non decima decurrebat . Nec eodem aut contiguis annis niſi unus tantum Imperator regnabat , Michael Auguſtus. Quocirca quae mens Diacono fuiſſet , ſi *Indictione decima* & ſub plurib. Imperatoribus iſta , quae ſibi non poterant non eſſe notiſſima , contigiſſe ſcripſiſſet ? Verum ne dubita, quin haec ex alterius recentioris ſcioli manu fuerint . Imperatorem unum toto Joannis hujus Epiſcopatu regnaſſe, declarat etiam Blanchinianus catalogus. *Fuit* , inquit , *temp. Sergii Papae & Michaeli Imp.*

veteribus Mss. Kalendariis (quae nos loco cit. ex Chioccarello produximus) ſignabatur, eo ipſo, inquam, triceſimo die Ephemerides noſtrae marmoreae ſic proponunt: NT. S. MAX. ET S. MARCIAN. h. e. *Natalis S. Maximi & S. Marciani* . Quo die non alii propoſiti videbantur, quam Epiſcopi duo, *Maximus* (cujus Depoſitio die XI. Jun. in eiſd. marmoribus ſignatur) & *Marcianus*. Quo quidem is duorum SS. Antiſtitum conjunctus uno eodemque die cultus pertineat, quis divinare poteſt? Certe cum hic non DEP. ſed NATalis nota praemittatur; licebit ſive translationem aliquam junctim factam, ſive dedicationem communis Eccleſiae, ſive quidvis aliud ſuſpicari; modo conſtet, Marcianum illum, qui in marmoreis Faſtis die XXX. Octob. notatur, illum ipſum fuiſſe Marcianum Neap. Epiſcopum, qui in ſecutis manu exaratis Kalendariis eodem prorſus die publice colendus proponitur. Et ita quidem putaveram rationes.

At poſtea ſubductis accuratius calculis, non Neapolitanor. Antiſtitum, ſed Africanor. Martyrum ξυνωρίδα hoc ipſo die in Neapolitanis marmoribus ſignatam reperi. Qua de cauſa ſic putem, videbis inferne (1) demonſtratum.

SE-

(1) *Quinam ſint S. MAX. ET S. MARCIAN. qui in Faſtis marmoreis die XXX. Octob. publico cultui proponuntur.*

§. I. *Non eſſe Epiſcopos Neapolitanos Maximum & Marcianum.*

I. Nam primum omnium quamnam fuiſſe S. Maximo Martyri cum S. Marciano communionem dixerimus, ut ſimul uno die ambo colendi communi feſto proponerentur? Sane ſi Maximus & Fortunatus junctim adnuntiarentur, minus mirarer, quia his communia fuiſſe pleraque ſup. Par. II. pag. 75. diximus. Nunc quid Maximo cum Marciano eſſe commune po-

potuerit, exſpecto dum alius, ſi poteſt, oſtendat.

II. Deinde ſi Joannes diac. ſi auctor Blanchiniani catalogi Marciani Epiſcopi feſtum in Marmoreo Kalendario (quod antiquius utroq. fuit) repeririſſet; nae hi Marcianum in ſuis catalogis inſeruiſſent. Nunc quia Marcianum Joannes & Blanchinianus Auctor prorſus ignorarunt; quo pacto eumdem dicemus auctori Kalendarii marmorei fuiſſe perſpectum? Vis argumenti hujus in eo ſita eſt, quod cur aliquot Sancti Epiſcopi in utroq. Catalogo inſerti (veluti Noſtrianus, Laurentius, Julianus) abſint a tabulis marmoreis, ratio apertiſſima eſt, nim. quia tempore ſcalpti Kalendarii nondum inter Sanctos numerabantur. At e contrario nulla ſatis probabilis ratio afferri poteſt, cur Marcianus, ſi quidem in Kalendario marmoreo ſibi ſedem die 30. Octob. vindicaſſet; idem poſtea in proxime ſecutis catalogis duobus Joanneo & Blanchiniano omiſſus fuerit.

III. Si Marcianus, qui in diariis marmoreis die XXX. Octob. colitur, fuiſſet Neap. Epiſcopus; ei more ceterorum patriorum Antiſtitum conſueta illa nota DEP. praeiviſſet.

IV. Poſtremo quo pacto Marciano aſſignatam fuiſſe in marmoreo Kalendario ſtationem dicemus, cum idem hic Marcianus poſterior aetate ſcalpti Kalendarii fuerit? Verum hoc in altera hujus capitis ſectione demonſtrabitur.

§. II. *An Marcianus ille, qui in Faſtis marmoreis die XXX. Octob. ſignatur, fuerit Marcianus Syracuſanus Epiſcopus & Martyr.*

Quandoquidem qui Marcianus die XXX. Octob. in marmoribus noſtris notatur, Neapolitanus non eſt; quidni Syracuſanus ejuſdem nominis fuerit, idemq. Petri diſcipulus, uti ferunt? Is vero etſi a Latinis die XIV. Junii colitur [ad quem diem videantur Baronius & Bollandiſta Papebrochius] a Graecis vero in Baſilii Menologio & in Menaeis die IX. Februarii; tamen idem Papebrochius [ad XIV. Junii pag. 787. num. 5. lit. E] in quibuſdam Siculis Mſs. die illo ipſo, de quo nunc agitur, XXX. Octob. Syracuſanum Marcianum celebrari, ex fide Octavii Cajetani retulit. Sed & eodem prorſus die in Sirleti Menologio [apud Baronium ad XIV. Junii] idem Syracuſanus Marcianus inſcribitur. Poſtremo Papebrochius idem ad Moſchicas Ephemeridas adnotat, Marcianum hunc Syracuſium a multis Graecorum diei ultimo Octobris inſcribi, nim. (quod ſaepiſſime fit) ex die praecedente tranſpoſitum. Quis ergo dubitaverit, quin qui Marcianus in marmoreis tabulis Neap. die 30. Octob. ſcalpitur, idem plane ac Syracuſanus fuerit?

Id vero ſi admittimus; etiam illud conſequi fit veriſimile, nim. Marcianum Neapolitanum, cujus cultus aevo poſteriore

est ortus, non alium ab Syracusano fuisse: quem scil. ob diuturnam venerationem pro Neapolitano habuerint.

At neutrum horum verum est. Non prius. Nam si Marcianum Kalendarii marmorei pro Syracusano habeas; quid illo S. MAX. fiet? Quae ulla est sive *Maximi* sive *Maximae* cujuspiam cum Syracusano societas? In hujus certe actis a Papebrochio recitatis, & in Menologio Basilii ac Menaeis, socii quidam memorantur, at Maxima aut Maximus ibi nullus est.

Nec alterum potest verum esse. Nam vel si concedatur, Marcianum marmorearum Ephemeridum fuisse Syracusanum; at nulla causa fuit, cur is ex Syracusano postea Neapolitanus evaderet. Accedit quod praeter sedium Syracusanae ac Neapolitanae aperta discrimina, Syracusanus ille Martyr egregius fuit: at Neapolitanus in Mss. omnibus monumentis *Confessor* (quod aevo sequiore idem erat ac *Non Martyr*) inscribitur.

Antequam manum de tabula, Franciscus Maurolycus Abbas Messanensis primus omnium hunc Marcianum Syracusanum in suum Martyrologium invexit, & quidem postridie Idus Junii: quod argumento est, homini Siculo innotuisse, eum a Siculis eodem die sive olim cultum, sive nunc quoque honorari. Verba Maurolyci haec sunt: *Syracusis S. Martiani episcopi, qui ab Apostolo missus, Seleucum ibi & Gordium & magnam multitudinem convertit*. De martyrio interim tacet: de quo non tacuit in hodierno Romano Baronius: *Qui*, inquit, *a B. Petro ordinatus episcopus, post Evangelii praedicationem a Judaeis occisus est*. Ubi videantur doctissimi Cardinalis adnotationes, in quibus ejus martyrii testes plures affert. Interim nescio, cur Clariss. Papebrochius ad XIV. Jun. in commentario praevio pag. 786. & seq. de monumentis a Baronio prolatis verbum nullum faciat, praesertim de Sophronii oratione, quam ibi laudat Baronius, quem vide, si tanti est. Verum de his obiter.

§. III. *Caelicolas duos qui in Fastis marmoreis die XXX. Octob. inscribuntur, non alios esse quam Maximam & Martianum Mart. Africanos.*

De duobus hisce Vandalicae persecutionis athletis agit copiose Victor Vitensis lib. 1. c. 10. 11. & ex eo Ado, Notkerus, Usuardus, alii. Sed ex Martyrologiis nullum est, quod plura & Victori magis consentanea prae Romano afferat: in quo die XVI. Octob. sic legitur: *In Africa SS. Martyrum CCLXX. pariter coronatorum*. Hos sane CCLXX. anonymos pugiles videntur cetera Mrologia cum *Maxima* & *Marciano*, sive *Martiano* aut *Martiniano* (porro de horum nominum usurpatione promiscuâ videatur ad Marmoreum Kalend. ad XII. Januarii) saltem in speciem jungere, quasi qui simul in eodem agone cer-

certaverint. At Vitensis Victor de illis CCLXX. silet, & optime Romanum ab his CCLXX. Maximam & ceteros distinguit: pergit enim. *Ibidem Sanctorum Martiniani* (al. *Martiani* aut *Marciani*) *& Saturiani cum duob. eorum fratribus : qui tempore Vandalicae persecutionis sub Geiserico Rege Ariano, cum essent servi cujusdam Vandali, a S. Maxima Virgine* (quae etsi Martiniano nupta, virgo permansit) *eorum conserva ad Christi fidem conversi, pro constantia fidei catholicae primum nodosis fustib. caesi sunt, & usque ad ossa laniati : sed cum multo tempore talia paterentur & sequenti die nihilominus semper incolumes redderentur, exsilio tandem relegantur. Ubi cum multos barbarorum ad fidem Christi convertissent, & a Romano Pontifice presbyterum aliosq. ministros, qui eos baptizarent, obtinuissent; novissime vinctis pedibus post terga currentium quadrigarum, inter spinosa loca sylvarum jussi sunt pariter interire. Maxima vero post multos superatos agones divinitus liberata in monasterio multarum virginum mater sancto fine quievit.* Si haec cum Usuardo & aliis conferas; profecto intelliges, illos quidem a Vitensi diversos abire, quocum Romanum pulchre consentit. Quamvis autem in ceteris Mrologiis Martianus sive Martinianus (qui in nostro marmoreo *Marcianus* usitatissima permutatione vocatur) ceteris praeponatur; tamen longe rectius in hoc marmore praeit Maxima, ut quae fidei magistra tum viro suo Marciano tum etiam ceteris exstiterit, Victore Vitensi auctore.

En igitur quo athletarum diei hujus ξυνωρὶς pertineat. Id vero tam certum esse quam quod certissimum, ajo. Nam quod in Romano & antiquioribus Mrologiis hi non die XXX. Octob. (ut in nostro marmore) sed die XVI. adnuntientur, id nihil est. Ea enim variatio (maxime cum intra ejusd. mensis cancellos fiebat) millies in Kalendario marmoreo observatur. Multae enim, cur ita Sancti transponerentur, causae incidebant. Quoties autem eos trajici in diem alium opus fuit, tunc loco notarum PAS. in martyribus, DEP. in non martyribus, earum inquam loco succedebat nota NAT. in utrisque: quae nota hoc die, quippe non suo, praefigitur.

§. IV. *Cur Marciani Episcopi Neap. festum in manu exaratis Kalendariis & Missalibus die XXX. Octob. signatum reperiatur.*

Postremo cur hi duo pugiles, quos tota exosculata est antiquitas, sibi in nostris marmoribus locum invenerint, minime miror. Id potius mirarer, si quo tempore SS. Gaudiosus & Quodvultdeus huc appulerunt, horum cultum (forsitan non sine reliquiis) Neapolim secum non intulissent.

Dicet fortasse aliquis, nisi noster Episcopus Marcianus (qui

 in

SECTIO II.

Quonam saeculo S. Marcianus Episcopus Neapoli sederit.

BARTH. Chioccarellus in suo chronico Episcopor. Neap. concinnando summam sibi industriae laudem quaesivit: a quo aliquot Archiepiscopos, antea ignoratos, e tenebris erutos habemus. At idem quod Joannis chronicon pluribus locis sollicitaverit, in eo infelicior fuit. Id enim dedit operam ut quo jure quaque injuria Episcopos de suo plures supra Joanneos adjiceret; tum & eos ipsos, quos Joannes attulerat, interdum ita luxaret, ut hos ad tempora anteriora retraheret, illos postponeret. Quid miramur, si, qui hoc animo ad chronicon contexendum accesserit,

in manu exaratis Ecclesiae Neap. monumentis die 30. Octob. adnuntiatur) ille ipse fuerit, qui in tabulis marmoreis eodem die signatur; mirandum profecto videbitur, casu fuisse factum, ut ejus obitus in eumdem diem inciderit, quo Neapoli Maxima & Marcianus Africani martyres colebantur.

Quibus ita respondeo. Sero admodum de Episcopo Marciano colendo fuisse deliberatum arbitror; maxime cum is non ante X. saeculum mihi sedisse videatur: de quo hoc ipso capite sect. 2. dicimus. Ubi primum autem de eo colendo, deq. illi assignando die festivitatis consultatio incidit (id quod facile XI. aut XII. saeculo contigit: quo & ecclesia sub ejus nomine, quam infra describimus, exstructa fuit) cum sive dies depositionis nesciretur, sive is dies antiquiore ac potiore festo occupatus cerneretur; ad id demum confugerunt omnes consilium, quod in similibus difficultatibus capi consueverat, nempe ut in eum diem Sancti alicujus festum rejiceretur, quo die alius Sanctus cognominis jam antea colebatur. Hujus moris exempla quam plurima in Commentario ad Kalend. marm. passim protulimus. Ergo dum in eo Clerus Neap. esset, ut Marciano Episcopo diem festivitatis attribueret; non alius dies visus est potior, quam XXX. Octobris, quo die jam pridem in marmoreis ejusd. Ecclesiae tabulis alius Marcianus martyr colendus proponebatur. Non ergo casu, sed more atq. consilio S. Marciani Episc. Neapolitani festum die penultimo Octobris olim assignari placuit: quo die eum fuisse cultum, ex pluribus manu exaratis monumentis Par. II. demonstravimus.

rit, is ab eo, quem unicum in veteribus Episcopis ducem habemus, non nisi injuria discesserit?

Nec secus in hoc Marciano factum est. Hunc enim Joannes, utpote sibi prorsus ignotum, penitus omiserat. At Chioccarellus, cum notitiam ejus Episcopi, & quidem inter Sanctos numerati, ex manu exaratis Kalendariis & Missalib. Neap. hausisset; non committendum putavit, ut is Antistes a chronico suo ditiore abesset. Ac laudo quod manca suppleverit, modo id loco fecisset suo. Nunc vide quaeso quo loco Marcianum infarserit. Inter Ephebum ac Fortunatum scilicet eum nolentem intulit medium: perverse defunctus designatoris officio.

At quanto melius fecisset, si ita calculos iniisset. Hunc Marcianum inter Episcopos Neap. aliquando numeratum, in confesso est: sed ejus aetas incerta est, quippe quam Mss. monumenta a Chioccarello visa non loquuntur. Jam ergo videndum, qua aetate hunc sedisse necesse sit. Totis saeculis novem prioribus is non potuit cathedram adipisci: quam si per illa tempora fuisset adeptus; nae ille ignotus non fuisset Levitae Joanni. Quid ergo relinquitur aliud, nisi ut is post contextum chronicon Joanneum & Blanchinianum catalogum, tum demum Ecclesiae Neap. adsederit gubernaculis? Hoc certe judicio uti debuit. Nunc postquam tam praepostere judicavit; id est suo judicio consecutus, ut ceteros etiam transversos egerit, Vghellum, Muratorium (in adnotatis ad Joann. diac.) ac Bollandistas: apud quos omnes tum Marcianus statim post Ephebum nonam ab Asprene stationem possidet; tum etiam nihil est familiarius, quam ut Joanneum catalogum uti man-

cum

cum accusent. Mancum & ego fateor fuisse. At utinam unum aliquem ex iis quos ille omisit, nobis tam sero venientibus in tanta vetustissimarum memoriarum inopia supplere detur.

Haec eo pertinent, ut Marcianus quidem omnino restituendus Episcoporum laterculo sit: verum quo loco decet, nempe inter Episcopos Joanneo & Blanchiniano chronico posteriores.

Ac sane statim post amborum veterum auctorum industriam decimo toto saeculo Pontifices Neap. admodum infrequentes videas. Stephanus ille tertius, in quem Blanchinianus catalogus desinit, postquam anno 910. translationum S. Severini Abbatis ac S. Sosii Mart. veniam Joanni Abb. monasterii S. Severini dedisset, nusquam amplius cernitur; nec alius successor ejus occurrit ante annum 937. quo Athanasius III. cuidam diplomati, quod Chioccarellus pag. 107. exhibuit, subscripsit. Age vero: fac Stephanum III. aliquanto serius anno 910. obiisse, Athanasium vero III. aliquanto citius anno 937. pontificatum iniisse: at non continuo evinces totum id annorum septem & viginti intermedium spatium ita inter Stephanum & Athanasium (2) esse distribuendum, ut nullus inter eos Antistes medius sederit. Ibi vero forsan fuit huic Marciano locus.

Jam vero post Athanasium III. (qui ultra annum cerciter 960. non comparuit) quidam Nicetas, tam-

(2) Praesertim cum horum uterq. satis longa episcopatus spatia decurrerit, ut parum supplemento indigeant. Nam Stephanus anno 910. annum, puto, quintum decimum cathedrae numerabat (vide Par. I. infine catalogi Blanchin.) Athanasius autem III. ab anno 937. ad 960. aut paullo ulterius, saltem tres & viginti annos in episcopatu exegerat.

tamquam primus Archiepiscoporum poni solet: de quo diploma nescio quod monasterii Virginum S. Sebastiani datum anno 962. profertur, sed fidei dubiae; ut in catalogo Episcoporum quem in Anteloquio ad Differt. de Cathed. unica posui, pag. XXVII. dictum fuit. Age nunc: detur Nicetae isti sive ut Archiepiscoporum antesignano, sive ut Episcoporum ultimo locus: at certe inter annum 962. (quo hunc sedisse ex eo diplomate ostendunt) usq. ad annum 1005. (quo primum de Sergio Archiepiscopo monumentum visitur) anni tres supra quadraginta decurrerunt: intra quorum curriculum potuit haud dubie S. Marcianus sive agmen Episcoporum cogere, sive Archiepiscoporum ducere. Ergo Marcianus noster sive post initia X. saeculi Stephano III. successit, sive vergente aut exeunte eodem, Sergii I. Archiepiscopi decessor exstitit.

SECTIO III.

Sacelli S. Marciani Episcopi brevis descriptio.

JAM olim id sacellum a Chioccarello paucis descriptum fuerat pag. 24. ejusdem Tutinus itemq. Caracciolus meminit pag. 343. Verum id nunc in profanos usus jamdiu versum cernitur (tametsi quam pridem, haud habeo dicere) estque hodie simul cum attiguis aedibus in Archiepiscopalis Seminarii censu. Cumq. Seminarii rector ad domum contiguam amplificandam diruere aediculam eamdem decreverit; antequam praeclaro vetustatis monumento inferantur manus, sedulo sum omnia contemplatus, in primis autem veterem S. Marciani effigiem cum picturis ceteris.

Hujus

Hujus igitur aediculae jam jam diruendae descriptionem talem habeto. Ex obelisco S. Januarii in Cathedralem ascendenti, mediis ipsis scalis, latere dextro & e regione turris campanariae minores scalae sunt, per quas modico ascensu ad aream subdivalem quamdam aediculae objacentem evaditur. Ipsa vero aedicula ferme quadrata est: a cujus ostio in occidentem obverso ad imum aedis parietem palmi Neap. sunt XXI. semis: latitudo vero est palmorum XVIII. Ante hos ferme XX. annos concamerata opere, uti vocant, Gothico erat. At postea vicinae domus Seminarii conductor dejecit cameram, ibique solarium ad apricandum stravit. Jam vero non tantum imus sacelli paries, sed & ceteri circumquaq. vetustis picturis ornantur. Verum quae ex adverso ostii visuntur, eae sunt longe antiquiores, in ternas discretae strigas. Nam quae superne visuntur, eas ante quadringentos circiter annos elaboratas dixeris, in quibus Christi crucifixio figuratur: imus ordo icunculas exhibet Apostolorum aliorumque Sanctorum abhinc annos ferme ducentos factas: at media eademq. praecipua imaginum series est operis antiquissimi, ac plusquam sexcentorum annorum: diu certe antea elaborata, quam nova sub Regibus Andegavensibus cathedralis exsisteret.

Quam modo dixi imi parietis mediam picturae seriem, eam in calce libri cernes in aes incisam. In medio B. Virgo parvulum Jesum in ulnis gestans pulcherrimo in throno residet. Deiparae sedes indicium aetatis picturae facit; sicuti & SS. Marciani & Januarii sane quam brevissimae mitrae. A dextris Deiparae S. Marcianus (digniore loco scil.

quia

quia sub ejus nomine aedes exstructa fuit) ab laevo latere S. Januarius Martyr, ambo interiores stant: exteriores vero in dextro latere S. Restituta, in sinistro S. Patricia visuntur. Singulis suae inscriptiones, non subjectae pedibus sed adhaerentes capitibus, insunt, neque barbaris sed Romanis characteribus, etsi antiquitate nimia fugientibus, exaratae. Postremo in dextro Deiparae latere Archiepiscopus quidam (facile qui construxit aediculam) cum pallio & mitra, at in laevo Presbyter (idemq. facile aedituus) ambo genibus flexis orant. Ceteris parietibus suae insunt picturae in duos distinctae ordines: quibus Christi aliorumq. Sanctorum gesta exhibentur, ex ingenio XV. saeculi factae. Ac de picturis satis.

Nunc illud sedulo est ostendendum, hanc S. Marciani aedem hodiernâ Cathedrali Neap. longe antiquiorem fuisse: quod & res ipsa loquitur, & ex his praeterea argumentis colligitur.

I. Nam si S. Marciani Ecclesia posterior hodierno Cathedrali templo fuisset; nae illa intra ambitum potius cathedralis aedis, quam extra in proximo viseretur. Verum hoc mitto. At illud multo est notabilius, quod aediculae S. Marciani borêum latus non amplius palmis nostratibus quinque a muro Crucis cathedralis abest. Nunc sic mecum rationes ineo. Marciani aedem si ibi aedificari necesse fuit, ubi posita cernitur; haud dubie ejus aedificatores, si cathedralis hodiernae murum ibi reperissent, ei muro suum id sacellum applicuissent. Cui enim bono angiportum, qui nunc cernitur, quatuor aut quinque palmos latum reliquissent? Nunc quia sacellum tam prope a Cathedrali removetur; id ar-

gumento eſt, aediculam antiquiorem cathedrali fuiſſe.

Dixeris, hoc argumentum ex genere τῶν ἀντιςρεφόντων (*reciprocorum*) videri; quia viciſſim ſic inſtabitur: Si cathedralis templi architectus aediculam ibi jam exſtructam reperit; cur non huic Templum intime applicuit? At diſpar eſt ratio; quia tantulam potius eccleſiam ſequi ſitum cathedralis decuit, quam contra. Ridiculum enim fuiſſet, ſi architecti, ut immane hoc hodiernae cathedralis aedificium aediculae applicarent, formae a ſe antea conceptae rationes corrumperent, ac totam denormarent ſymmetriam: quod in aedicula non valuiſſet, ſi quidem haec cathedralem jam aedificatam reperiſſet. Ergo ſacellum hoc anterius cathedrali Andegavenſi fuit.

II. Accedit picturarum multo clariſſimum indicium. Mitrae tum S. Marciani, tum S. Januarii multo breviores ſunt, quam illa S. Januarii mitra, quae in muſivo S. Mariae de Principio exſtat. Cum ergo muſivum iſtud aequale ſit hujus novae cathedralis encaeniis (uti dictum eſt in Diſſert. de Cathedrali unica parte I. pag. 77.) ex eo ſequitur, picturas haſce multo vetuſtiores dedicatione novae hujus Cathedralis fuiſſe. Nemo enim ignorat, antiquitus mitras nihil aut perparum ſupra caput eminuiſſe; poſtea ſenſim ſine ſenſu ſurſum coepiſſe porrigi. Adhaec in eiſdem duabus imaginibus tum pallii, tum etiam caſulae epiſcopalis forma eſt antiquiſſima. Miniſter ille (facile Presbyter & aedituus) qui genib. flexis orat, ſive verticis coronam ſive indumenta ſpectes, totus antiquitatem ſpirat. Januarii (3) ca-

(3) In nummis paullo antiquiorib. Neapoli cuſis S.Januarii caput admodum juvenile eſt, imberbe, modice promiſſo ca-

caput tale est, quale X. saeculo exprimebatur.

III. Jam vero inscriptiones iis constant elementis, cujusmodi ante Andegavensia tempora exarabantur. Nam sub Regibus Andegavensibus & Aragonensibus longe diversi erant litterar. tractus, ab antiquis miserum in modum exorbitantes, ac sane barbari.

IV. Postremo quantum illud est, quod S. Patriciae inscriptio talis est? S. PATROCINIA. Nec credibile est, in hoc uno Virginis notissimae nomine delineando tam enormiter aberrasse scriptoris manum. Ego vero potius conjecerim, antiquum Virginis hujus nomen fuisse PATROCINIA: deinde non nisi quingentis ab hinc annis *Patrociniae* nomen in notius alterum *Patriciae* fuisse detortum.

Hactenus dictis siquis fidem derogaverit, nemo prohibet quin ad aediculam adhuc stantem accedat, ac perlustret oculis universa. Et ea quidem fatale eversionis suae momentum opperitur: sed bene est, quod Canonici Cathedralis caute providerunt, uti suis impendiis picturae praecipuae quam accuratissime in tabella vivis coloribus exprimerentur, adhaec totius sacelli descriptio fieret: id vero totum non sine iis sollemnitatibus, quae αὐθεντίαν (*au-*

capillo, mitra antiquissima redimitum; uti videbis ad calcem tomi I. Antiquitat. Italicar. Muratorii, Neapoli hoc anno recusarum, Tab. I. in nummis ab I. ad VIII. Ad hanc Januarii effigiem pictura nostra se conformavit. At vero ibid. qui Januarius nummo VI. exhibetur, is annosior est, cum modica barba ac sine caesarie. In hujus nummi aversa parte Dux puerili specie scalpitur, & SERGIV DVX inscribitur: qui facile is Sergius fuit, qui undecimo saeculo ingrediente ducatum gessit. Atque ab illius Sergii ducatu coepit Januarius exprimi annosior, & cum modica barba; sicuti & in musivo S. M. de Principio cernitur. Nisi quod Carolus II. in simulacro Thesauri, quod ex auro & argento conflavit, paullo juniorem & barba derasa exhibuit.

ctoritatem legalem) actis tribueret, transigeretur: eaque omnia in capitulare tabularium inferrentur.

Quo ista, inquis, tanta ἀκρίβεια (*sedulitas exquisita*) pertinet? Nim. quia ante hos paucos annos nescio quae triumvirûm quorumdam opinio malo publico prodiit; qui ab omni retro antiquitate defectione factâ, mirificam & prodigiosissimam novitatem nolentibus Neapolitanis ingerere machinis omnibus conati fuerunt. Nempe cum saeculis omnibus retro actis universi docuissent, Stephaniam sive Cathedralem in hodierna S. Restituta fuisse usq. ad Caroli II, novam Cathedralem moliti, tempora; exorti sunt tresviri nostri, qui totam antiquitatem mendacii foedissimi coarguerent, ac palam praedicarent, vetustiorem Cathedralem non in hodierna S. Restituta fuisse, verum in hodierna Cathedralis Andegavensis Cruce. Itaque ubi ea novitas jam se probare levioribus ingeniis coeperat; ut eidem serpenti latius occurreremus, Dissertationem illam (quae De *Cathedrali semper unica* inscribitur) nuper emisimus, qua praescriptione tot saeculorum firmatam veritatem tutaremur. At nunc novum ejusdem plane rei argumentum cum se obtulisset, id nolui negligere. Ejusmodi autem argumentatio sic procedit.

In novaeCathedralis Cruce tresviri nostri antiquiorem suam Cathedralem (quam & *Stephaniam* nuncupare, duob. aedificatoribus Stephanis aversantib. non dubitarunt) sic metati fuere, ut ejus porta primaria ibi prorsus patere debuerit, ubi nunc S. Marciani aedicula visitur. At rogo, credibile ne est, aedificatori licuisse ibi aedem Marciani statuere, ubi ejus objectu ostium Cathedralis obstrueretur, & Stephaniae luminibus

bus officeretur? Satis ſcio, hoc argumentum poſt tot illas Diſſertationis meae demonſtrationes Achilleas, poſſe videri ſupervacaneum. Verum quia ſe ultro ſcribenti obtuliſſet; nolui eo tam manifeſto indicio defraudare veritatem undique ac locis omnibus promicantem, atq. ultro ſe oculis ingerentem.

Poſtremo ut e diverticulo in viam redeam; ſi a me quaeras, quo ſaeculo hoc S. Marciani Oratorium factum putem; audacter ajo, undecimo maxime ſaeculo videri factum, aut ſummum ineunte duodecimo. Tunc enim exſtructum oportuit, cum Eccleſiae Neap. judicio S. Marcianus inter Sanctos relatus fuit. Id quod facile centeſimo circiter poſt ejus obitum (qui quidem, uti ſupra ſuaſimus, ſaeculo decimo ſedere debuit) anno contigit. Tunc enim vero iſtud oratorium ſub ejus nomine dicatum fuiſſe oportuit: in quo & ejus ſacra pignora requieſcerent, & ejuſdem ſplendeſceret cultus. Ac tot quidem oratoriorum in vicino Stephaniae exſtantium (quorum paſſim chronographus Joannes, & alii meminerunt) hoc unum dumtaxat ad noſtram uſq. aetatem ſtabat. Quod utinam neceſſitas non exprimeret, ut ſit ſolo aequandum: aut (ſi vitari id malum nequit) utinam inter effodiendum & eruderandum, S. Antiſtitis reliquiae detegantur; aut certe litterati lapides ii prodeant, qui teſtes futuri ſint antiquitatum illius aetatis obſcuriſſimae idonei.

ADDITIO ad pag. 303. initio hujus ſectionis verſu 4.

Ibi quae intra parentheſin poſui, ea ſic refinge: (profanatum autem fuit poſt annum 1580. decreto Hannibalis de Capua, aediculam fatiſcentem in S. Viſitatione conſpicati). *De quo alibi plenius ediſſeram.*

AP-

APPENDIX

VETERUM ALIQUOT MONUMENTORUM

ADMONITIO

Jam tum Par. I. cap. 3. *pag.* 78. *& seq. spem feci lectoribus, me Monumenta nonnulla ad hoc opusculum facientia in hanc, quae nunc datur, Appendicem rejecturum. En igitur fidem libero. Ea sunt hujusmodi. I. Kalendarii marmorei tabulae. II. Kalendarium Tutinianum. III. Miracula S. Agrippini partim antiquiora, partim saeculo decimo scripta. IV. Vita & Translatio S. Athanasii haud antiquiores saeculo undecimo. V. Brevis B. Jacobi de Viterbio vita ineunte saeculo superiore conscripta. VI. Postremo S. Agnelli Abbatis sanationes a Petro subdiac. exaratae non alia de causa (saltem ex parte) adnectentur, quam ut appareat, quanto judicio eidem huic Petro Agrippini miracula posteriora tribuerim. Ceterum rerum Agnelli libellus nihil commune cum opere de SS. Episcopis habet; eoque ultimo loco apponetur.*

DE MONVMENTO I.

Kalendarii marmorei saeculo IX. sculpti.

Tabularum hujusmodi exempla in aes incisa ad calcem libri reperies. Nibil opus est de iis praefari quidquam; nam supra Par. I. cap. 3. *pag.* 78. *quantum instituto nostro satis esse possit, reperies: ceterum qui plura volet, adeat Diatribam illam, quae initio Commentarii ad id Kalendarium praeit signifera.*

DE MONVMENTO II.

Kalendarii veteris S. Ecclesiae Neapolitanae, extremo saeculo XII. compositi.

MONITVM

De hoc nonnulla praediximus Par. I. c. 3. *pag.* 84. *quo lectorem rejicio. Interim sic habeto. Noster Archiep. Joannes Vrsinus quantavis laude superior, praeter cetera plurima, quibus suam ecclesiam illustravit, anno* 1337. *Rituum sive Consuetudinum Neap. Ecclesiae Digestum evulgavit: quod nescio quo*

fa-

fato deperditum, ejus tantum Excerpta sane quam copiosa rerum praecipuarum a Cam. Tutino descripta, in Codice Ms. Biblioth. Brancatianae habemus; sicuti & inde transcriptum exemplum in archivo Capituli Neap. exstat. Porro illis Brancatiani codicis Excerptis praeter cetera praemittitur vetus ecclesiae Neap. Kalendarium: quod extremo saec. XII. satis apparet fuisse factum; etsi diu postea Neapolitanae Ecclesiae in usu fuit, mutatis pro tempore mutandis. Id nos ex eo codice erutum, in Commentario ad Fastos marmoreos saepe laudavimus. Hoc idem jam antea a me promissum, nunc ecce in commodum lectoris edimus. In ejus fine quaedam Tutini animadversiones in Ms. erant: quas ipsas integras ei Kalendario subjiciemus.

Porro ubi litteram R ante numeros dierum reperies, scito ibi in Ms. fuisse Lit. rub. *quo significabatur, eorum Sanctorum nomina in autographo litteris rubricatis fuisse perscripta. De iis vide Tutini adnotata; sicuti & de signo Crucis, quod aliquot Sanctis postponitur. De horis dierum ac noctium parum accurate descriptis aliisq. nonnullis noli saeculo rudi & incondito subirasci: cujus potius pietatem & accurationem laudo.*

Postremo ad sanctos ipsos accurate distinguendos non fuit otium; praesertim cum ii maximam partem vulgo notissimi sint; alii vero partim ex nostro marmoreo Kalendario, partim ex Martyrologiis innotescant. Ceterum haud difficile fuit paucissima quae nullo negotio in mentem legenti venerunt, ea ad calcem uniuscujusq. mensis subjicere.

MONVMENTVM II.

Quod in Ms. inscribitur: Kalendarium vetus Ecclesiae Neapolitanae praefixum Rituali jam dicto (*nim. Joannis Vrsini*).

JANVARIVS
Habet dies XXXI.
Luna XXX.
Nox habet horas XVI dies VIII
R. 1 Circumcisio Dni. S. Basilii Confes.
R. 2 Octava S. Stephani
R. 3 Octava S. Joannis
4 Octava Ss. Innocentium
5 Vigilia. Macharii Abb.
6 Epiphania Domini
7 S. Gregorii Nanzianzeni
8 S. Severini Abbatis
9 S. Juliani Mart.
10 S. Pauli primi Eremitae
11 S. Leucii Conf. Episcopi

12

12 Hilarii Pictaviensis Epi
R.13 Octava Epiphaniae Domini & S. Potiti Martiris
14 S. Felicis in (1) Tineis
15 S. Mauri Abbatis
16 S. Marcelli PP.
R.17 S. Antonii Monachi Conf.
18 S. Priscae Virg.
19 Cleri Diaconi
R.20 Ss. Sebastiani & Fabiani M. P.
R.21 S. Agnes Virg. & Mart.
R.22 S. Vincentii levitae Mart.
23 S. Emerentianae Virg. Mart.
24 S. Timothei Mart.
R.25 Conversio S. Pauli
26 S. Paulae & Eustochii
27 Ss. MM. Marii & Marthae
28 Ss. MM. Marinae & Constant.
29 S. Savinae Virg.
30 S. Ignatii Mart.
31 S. Abbacyri & Joannis MM.

Hoc Kalendarium praeter alios Sanctos, tam in Fastis marmoreis quam etiam in Martyrologiis obvios, habet nonnullos ex laudatis marmoreis tabulis privatim acceptos, ut hoc mense, die 1. Basilium, *eopte die sublatum: die* 8. Severinum.

(1) *Corrige* Pincis *aut* Pineis; *nam utrumq. reperitur.*

FEBRVARIVS
Nox habet horas XIIII
1 Ignatii Epi Mart.
R. 2 Purificatio B. Mariae
3 Blasii Mart.
5 Agathae Virg.
R. 6 Maximi (1) Epi & Conf.
R. 7 Helenae Reginae
8 Victoris Neap. Confes.
9 Savini Epi (*& recentiori Charactere*) S. Appolloniae Virg.
R.10 Scolasticae Virginis
11 Castrensis Epi Confes.
12 Gregorii Epi Confes.
13 Irenei & Soc. ejus
14 Valentini Mart.
15 Faustini & Jovitae
R.16 Julianes Virg. & Mart.
17 Polocronii martiris
18 Simeonis Epi
R.19 Barbati Epi Confes.
20 Quodvultdei Epi
21 Gai Epi
R.22 Cathedra S. Petri
23 Salvini Epi Confes.
R.24 Matthiae Apostoli
25 Victorini Epi Conf.
26 Fortunati [2] Epi Conf.
27 Juliani Mart.
28 Romani Abbatis

(1) *Hic mensis privatim ex Fastis marmoreis hos, quamvis transpositos, habet: die* 6. Maximum: 8. Victorem: 11. Castrensem: 16. Julianam (*patrio casu Graeco* Julianes: *ex quo vulgo* Julianisa *aut* Julianessa *audiebat*) 20. Quodvultdeum, *qui ex Africa Neapolim cum aliis Episcopis appulit:* 26. Fortunatum.

(2) *Cur in hoc Kalendario* Maximus *&* Fortunatus *huc transpositi cernantur, diximus sup. Par. II. in his Episcopis.*

MARTIVS
Nox habet horas XII dies XII
1 Albini Epi
2 Basilii Mart.
3 Martini Militis
4 Julii Papae & Mart.
5 Focae Virg.
6 Zacchariae Profetae

7 Per.

7 Perpetuae & Felicitatis
8 Philomenis Virginis
R. 9 XL Martirum
10 Croriarii Epi
11 Victorii & Victorini MM
R. 12 Gregorii Papae
13 Innocentii Epi & Confes.
14 XLVII (1) Militum
15 Longini Mart.
16 Cyriaci Diaconi Mart.
17 Patherii (2) Epi Confes.
18 Alexandri Epi Confes.
19 Potentianae Mart.
R. 20 Giliberti Epi
21 Benedicti Abbatis
22 Aphrodisii Epi Conf.
23 Victoriani Epi Mart.
24 Pigmenii (3) Presb. Mart.
R. 25 Annunciatio S. Mariae
26 Castuli Mart.
27 Resurrectio (4) Domini
28 Prisci (5) cum Sociis suis
29 Anastasii Mart.
30 Silvini Mart.
31 Balbinae Virg.

Plures passim ignotos reperio, veluti die 8. Philomenem Virg. [Philumenum *marem ac Mart. ex Menol. Basil. tantum scio*] *die* 10. Croriarium [*fort. Coriarium*] Episc. *Alios scrutari non vacabat*.

(1) *Hoc ipso die Mrolog. Rom.* (2) Paterius Episc. *Brixiensis notus est ex Mrolog. Rom. die* 21. *Feb.* (3) *In Fastis marmor. die* 18. *Feb. S. PIMENI*. [4] *De hoc festo* Resurrectionis, *quod olim hoc die agebatur, dixi in Comment. ad Kalendar. marm.* (5) *Est ille* Priscus *cum Sociis Sacerdotib. Africanis, qui in Campaniam appulerunt: qui in Mrolog. Rom. Kalendis Sept. adnuntiatur. Vide Marmoreos Fastos mense Septemb.*

APRILIS

Nox habet horas X dies XIV
R. 1 Joannis Neap. Epi Conf.
2 Mariae Aegyptiacae
3 Theodosiae Virg. Mart.
4 Valerii Conf.
5 Irenis Virg. & Mart.
6 Xisti Confes.
7 Epiphanii Episcopi
8 Caelestini Papae Confes.
9 Prochoris (1) Mart.
10 Ezechielis Prophetae
11 Leonis Papae Confes.
12 Julii Papae Conf.
13 Hermenegildi Epi Mart.
14 Tiburtii & Valeriani MM.
15 Olimpiadis Mart.
16 Nicetis Papae Mart. sive (2) Aniceris
17 Ermogasti Confes.
18 Perfecti praesb. Conf.
19 Aldeberti Mart.
20 Victoris Papae Mart.
21 X (3) Virg. MM.
22 Gaii Papae Mart.
R. 23 Georgii Mart.
24 Longini Mart.
R. 25 Marci Evangelistae
26 Anacleti Papae Mart.
27 Anastasii Papae Mart.
28 Vitalis Mart.
R. 29 Severi Neap. Epi Confes.
R. 30 Pomponii Epi Neap.

Tres hoc mense Episcopos Neapolitanos habes : die 1. Joannem. 29. Severum: 30. Pomponium.

(1) *Cor.* Prochori: *qui hoc ipso die signatur in Mrol. Rom.* (2) *Cor.* Pnicetis: *qui quidem in Rom. die* 17. *Apr. inscribitur*. (3) *In Mrol. Rom. die* 10. *Feb.* & o. *Nov. Decem coluntur Martyres, sed mares*. Decem Sanctae Virgines &

Martyres *alibi quaerendae sunt. Nec enim ad ista nunc vacat. Sicuti & de Ermogasto diei* 17. *alii quaerent.*

MADIVS

Nox habet horas VIII. Dies hor. XVI.

R. 1 Apostolor. Philippi & Jacobi
2 Athanasii Epi Conf.
3 S. Crucis. Alexandri Papae cum Soc.
4 Juvenalis & Quiriaci Episcoporum
5 Audoeni Epi Conf.
R. 6 Joannis ante portam Lati.
7 Domitillae Virg.
R. 8 Inventio S. Michelis
R. 9 Translatio S. Nicolai in Baro
10 Cataldi Epi Conf.
11 Gordiani & Epimachi Mm.
12 Pancratii. Nerei & Achillei Mm.
13 Servatii Epi Conf.
14 Bonifacii Mart.
15 Victorinae Mart.
16 Peregrini Mart.
R. 17 Restitutae Virg. & Mart.
18 (1) Serapionis Mart.
19 Potentianae Virg.
20 Eustachii & Soc. ejus
21 Eleutherii & Soc. ejus
22 Casti & Cassii Mm.
R. 23 Euphebii Neap. Epi Conf.
24 Desiderii Epi Conf.
25 Canionis Epi Mart.
26 Elpidii & Ciconii (2) Epi Conf.
27 Projecti (3) Mart.
28 Joannis Papae Conf.
29 Secundini Epi
30 Felicis Papae Mart.
31 Petronillae Virg.

Sanctos Neap. duos tantum adscriptos habes: die 17. S. Restitutam (*quae in Fastis marmor. pridie colitur*) *die* 23. Euphebium, *corrupte pro* Ephebum.

[1] *E regione diei* 18. & 19. *in codice scriptum erat:* Sol in Geminis, eo quod Adam & Eva de uno corpore facti sunt. *Eadem plane verba adnotantur hoc ipso mense in Kalendario Ambrosiano apud Muratorium* (*to.* 1. *par.* 2. *scriptor. Ital. pag.* 1029.) *nisi quod in fine additur:* In paradiso. [2] *Scribendum fuerat* Vindonii. *Sunt enim ambo socii S. Prisci Africani, sicuti & Canio diei praecedentis, & Secundinus diei* 29. (3) In Mrol. *Rom.* Projecti Mm. *duo sunt, unus die* 24. *alter* 25. *Jan.*

IVNIVS

Nox habet horas VI. dies XVIII

1 Nicomedis Mart.
2 Erasmi Marcellini & Petri
3 Blandinae Mart.
4 Quirini Mart.
5 Bonifacii Epi Conf.
6 Vincentii & Benigni Mm.
7 Audomari Conf.
8 Medardi Conf.
9 Primi & Feliciani Mm.
10 Onuphrii Eremitae
R. 11 Barnabae Apostoli
12 Basilidis cum Soc. Mm.
13 Apollonii Conf.
14 Rufi & Soc. ejus
R. 15 Viti & Soc. ejus
16 Jasauri (1) & Soc. ejus
17 Nicandri & Marciani
18 Marci & Marcelliani
19 Gervasii & Prothasii
20 Novati Confes.
21 Silverii Papae Mart.
22 Paulini Nolani Epi

23

23 Febroniae (2) Virg. Vigilia
R. 24 Nativitas S. Jois Baptistae
25 Diltrudae (3) Virg.
26 Joannis & Pauli Mm.
27
28 Leonis Papae Conf. Vigilia
R. 29 Petri & Pauli
R. 30 Commemoratio S. Pauli

(1) Jasaurus *ignotus est. Verum mihi non est dubium quin ejecto priore A*, Isauri *scribendum fuerit. Est ergo ipsissimus ille* Isaurus *diac. cum sociis Martyrib. quorum passio in Basilii Menologio die VI. Julii describitur*.

(2) *Febronia Neapoli Ecclesiam habuit. De ea ad Kalend. marmor. copiose sum commentatus*. (3) *Nec* Diltruda Virgo *notior. Verum pro* Diltrudae *videtur in autographo fuisse* Gertrudae *aut* Girtrudae *ex Brabantia ut ajunt. Nisi potius est* Hiltrudes [*eadem an diversa a* Girtrude, *nunc non queo dicere*] *virgo in Hannonia sub Pipino rege; de qua ex Molano Baronius ad 27. Sept.*

IVLIVS

Nox habet hor. VIII dies XVI
R. 1 Octava S. Jo: Baptae
2 Processi & Martiniani
3 Timothei Mart.
4 Martini PP.
5 Domitiani Mart.
R. 6 Octava Apostolorum
7 Dominicae Virg.
8 Procopii Mart.
9 Effrem & Cyrilli Mm.
R. 10 Felicitatis cum filiis suis
11 Ruffinae & Secundinae Mm.
12 Naboris & Felicis Mm.
13 Scrapionis Mart.
14 Justi (1) & Ziaclei Mm.
R. 15 Athanasii Neap. Epi Conf.
16 Vitaliani Epi Confes.
17 Alexii Confes.
18 Marinae Virg.
19 (2) Arsenii Abbatis
R. 20 Margaritae Virg.
21 Praxedis Virg.
22 Mariae Magdalenae
23 Apollinaris Mart.
24 Christinae Virg. Vigilia Christophori
R. 25 Jacobi Apostoli
26 Venerae Virg. & Mart.
27 Simeonis Confes.
28 Nazarii & Celsi Mm.
29 Felicis Faustini & Soc.
30 Addon & Sennes
31 Germani Epi

Hoc mense ex Neapolitanis unus Athanasius *Episc. signatur*. Vitalianus *qui postridie colitur, Capuanus fuit*.

(1) *Ne dubita, quin sit ille ipse Justus Mart. qui in Menologio Basil. hoc ipso die colitur primo loco. Nisi quod ibidem nemo ei socius adjungitur: at hic cum altero, tamquam commilitone, sociatur. Ergo* Ziacleus (*sive potius* Zacheus) *qui sequitur, fuerit Justi socius, si videtur. Ceterum* Alphaeus *&* Zachaeus *Mm. in Palaestina noti sunt ex Mrol. Rom. ad 17. Novemb.* (2) *E regione dierum 19. & 20. in Cod. scriptum erat*: Sol in Leone, eo quod Daniel fuit in lacu leonum. *In Kalendar. Ambrosiano eadem sententia*.

AVGVSTVS

Nox habet hor. X dies XIV
R. 1 Vincula S. Petri
R. 2 Stephani Papae & Mart.
R. 3 Inventio S. Stephani
4 Justini Presbi. Conf.

5 Caffiani Epi
R. 6 Transfiguratio Domini
R. 7 VII mm. Dormientium
8 Cyriaci, Largi & Smaragdi
9 Romani Mart. Vigilia
R. 10 Laurentii Levitae Mart.
11 Tiburtii Mart. & S. Susannae
12 Eupli (1) Diac. Mart.
13 Hippoliti & Caffiani
14 Eusebii Presby. Vigilia
R. 15 Assumptio B. Mariae
16 Simpliciani Mart.
17 Octava S. Laurentii
18 Agapiti Mart.
19 Magni Mart.
20 Giliberti Abbatis
21 Timothei
R. 22 Octava S. Mariae
23 Nemesii Mart.
24 Aureae Virg. & Mart. Vigilia
R. 25 Bartholomei Apostoli
R. 26 Patriciae (2) Virg. †
27 Rufi Mart.
R. 28 Augustini Epi
R. 29 Decollatio S. Jois Baptae †
R. 30 Pauli (3) Epi Conf.
31

(1) *Hoc ipso die in Fastis nostris marm. colitur : at pridie in Menol. Basilii . Is Neapoli habebat Ecclesiam .* (2) *Quae Neapoli obiit, ubi & ejus corpus honoratur. Eadem inter patronas refertur.* Rufus, *qui postridie adnuntiatur, Capuae praecipuum cultum obtinet : de quo vide Mrol. Rom. hoc ipso die. Tamen idem in schedis Lotterianis, quas infra producam, uti Neapolitanus hoc eod. die colitur.* (3) Paulus Episc. & Conf. *diei hujus non alius mibi plane videtur, quam ille Neapolitanus ab Asprene quintus: cujus Depositio signatur in Fastis marmor. hoc ipso mense, die XXIII. Non mirum igitur, si litteris rubris in autographo scriptus fuerit. Quare Tutino non assentior, qui hunc in suis adnotatis pro CPolitano habuit. Nam hic Martyr fuit : hic Noster autem* Confessor.

SEPTEMBER

Nox habet hor. XII dies hor. XII

1 XII Fratrum †
2 Antonini Mart.
3 Seraphiae Virg.
R. 4 Candidae (1) †
5 Tutaili (2) Mart.
6 Herberti Epi & Confes.
7 Pampli (3) Epi Confes.
R. 8 Nativitas S. Mariae
9 Adriani Mart.
10 Gorgonii Mart.
11 Probi & Jacynthi Mart.
12 Syri & Juventii Mm.
13 Sergii Papae Mart.
R. 14 Exaltatio S. Crucis
15 Nicomedis Mart.
16 Luciae & Geminiani Mm.
17 Euphemiae Virg. Mart.
18 Eugeniae Virg. Mart.
R. 19 Januarii Neap. Epi Mart. †
20 Faustae Virg. Vigilia
21 Matthei Apostoli & Evangelistae
22 Mauritii & Soc. ejus
23 Lini Papae & Mart. Teclae Mart.
24 Sosii Mart. †
25 Firmini Epi & Confes.
26 Cypriani Epi Confes.
R. 27 Cosmae & Damiani Mart.
28 Justinae Virg.
R. 29 Dedicatio S. Michaelis
30 Hieronimi Presb. Confes.

Sanctos nostrates hic mensis non alios habet, quam Candidam, Januarium, Sosium *: nec non ex vi-*

ci-

cina Capua Antoninum puerum, *qui in Rom. Mrol. postridie colitur. Nam qui* Antoninus Mart. *hoc ipso die 2. in eod. Rom. proponitur, is quia ex longinquo petitur, vereor ut huc pertineat.* [1] *Hanc Tutinus Seniorem interpretatur: ego contra cur pro Juniore accipiam, dicam mox ad Tutini adnotata.*

(2) *In Fastis marmor. hoc ipso die adnuntiatur his verbis PAS. S. THVTAIL. PROVI. Ubi vox altera ignotum aliquem Sanctum notat, nomine* Probum. *Is ne fuerit* Probus *Episcopus ab Aspreне quartus? an aliquis Thuthaili commilito? Hoc alterum vix est ut credam, quia* Tuthael (*sicuti in Menologio Basil. die V. Sept. hic vocatur*) *tantum sociam habet sororem suam* Babaeam.

(3) *Est* Pamphilus *Epis. Capuanus, qui hoc ipso die in Mrol. Rom. proponitur. Ejus nomen compendio scriptum, fecit, ut postea* Pampli *evaserit, neglecta superiore linea.*

OCTOBER

Nox habet hor. XIV dies X

1 Remigii & Soc. ejus Conf.
2 Lodegarii Epi Mart.
3 Arnulphi Mart.
4
5 Firmarii (1) Mart.
6 Renati Epi Confes.
7 Sergii & Bacchi Mm.
8 Reparatae Mart.
9 Dionysii & Soc. ejus
10 Gereonis Mart.
11 Nicasii Epi
12 Eustochii Epi
13 Athanasii Epi Confes. †
R.14 Fortunatae Virg. Mart. †
15 Modesti Mart. †
16 Pelagiae Mart.
17 Florentiani Epi
18 (2) Lucae Evangelistae
19 Eutycetis & Acutii Mm. †
20 Zosimi Mart.
21 Hilarionis Abbatis
R.22 S. Vrsinae (3) cum XI M. Virg.
23 Malonis (4) Confes.
24 Chrysanti & Dariae Mm.
25 Dimitrii Mm. †
26 Gaudiosi Epi Confes. †
27 Vigilia
R.28 Simonis & Jude Apli
29 Germani Epi †
30 Maximi M. Cumani
31 Vigilia

October Domesticos hosce habet: die 14. Fortunatam: 19. Eutychetem *&* Acutium: 26. Gaudiosum *Africanum advenam:* 30. Maximum Mart. Cumanum: *cujus corpus paullo ante scriptum hoc Kalendarium Cumis Neapolim translatum fuerat: de quo mox ad Tutin. Obser. dicam. E vicinia die 6. habet* Renatum *Surrentinum, & 29.* Germanum *Capuanum legatione CPolitana illustrem. Hic alter die 30. colendus fuerat, sed inde a Martyre ejectus, pridianum diem antecepit. De* Gereone *diei 10. Mrologia eopte die agunt.*

(1) *Sive potius* Firmati, *sicut in Mrologiis hoc ipso die vocatur, de cujus martyrio in Rom. siletur.* (2) *E regione diei 18. & 19. scriptum erat:* Sol in Scorpione; eo quod Farao pro cupiditate mersit in mare. *In Ambrosiano haud multo aliter;* Sol in Scorpioni, quia Pharao per concupiscentiam mersus est in mari rubro. (3) *Hic vides* Vrsinam *vocari, quae nunc passim* Vrsula *dicitur; certe quia diminutiva nomina impune variabantur; sicuti sup. Par. II. in*

S. Vr-

S. Vrso *diximus, qui videtur etiam* Vrsinus *&* Vrsicinus *fuisse vocatus.* (4) *Hic* Malo *unde sit, exspecto dum alius doceat.*

NOVEMBER

Nox habet hor. XVI. Dies VIII

R. 1 Commemoratio omnium Sanctorum
2 Commemoratio omnium fidel. Defunct.
3 Agricolae (1) Virg.
4 Eustochii (2) Mart.
5 Tryphomenis Virg.
R. 6 Leonardi Abbatis †
7 Michaelis Epi Confes.
8 Quatuor Coronatorum
R. 9 Agrippini Neap. Epi Conf.
19 Theodori Mart.
R 11 Martini Epi Conf.
12 Martini Papae
13 Joannis Chrisostomi †
14 Bricii Confes. Epi
15 Fidentiani Epi
16 Columbani Mart.
17 Gregorii Epi Confes.
18 Octava S. Martini
19 Oddonis Abbatis
20 Pontiani Papae Mart.
21 Gamoneae (3) & Gutiae
R.22 Ceciliae Virg.
R.23 Clementis Papae Mart. †
R.24 Grisogoni Mart.
R.25 Catherine Virg. Mart.
R.26 Petri Alexandrini Epi Mar.
27 Jacobi (4) Epi Confes.
27 Saturnini Mart.
29 Vigilia
R.30 S. Andreae Apostoli

Ex Neapolitanis unum Agrippinum *die 9. hic habes: ex Amalfitana urbe* Tryphomenem *die 5.* (1) Agricola *Martyr cum Vitali die seq. in Mrol. Rom. inscribitur: at Virgo unde fuerit, nondum scio.* (2) *Hoc mense in Mrol. Rom. duo sub Juliano Martyres occurrunt: die 2.* Eustochium *Tarsi, die 16.* Eustochius *cum Elpidio.* (3) Gamoneam *&* Gutiam *alii in apricum producent. Verum quid moror? Fidenter corrige:* Samonae *&* Guriae. *Ex Graecor. libris Gurias & Samonas Mm. Edesseni sub Diocl. notissimi sunt: cum quibus in Menol. Basil.* Abibus *jungitur, quamvis alibi, & sub Licinio passus. Horum Neapoli erat olim Ecclesia in Regione Nidi, quae in Tutiniana Notitia inscribitur:* SS. Samonae, Guritae & Abibii R. Nidi.

(4) *Non ille* Jacobus Mart. (*utiq. cognomento* Intercisus) *est, qui hoc ipso die in Fastis marm. inscribitur, sed utpote* Confessor, *potius est* Nisibenus. *Hic enim quia diem XV. Julii (quo die passim colitur) festo potiore impeditum reperit, huc postpositus cernitur.*

DECEMBER

Nox habet hor. XVIII Dies VI

1 Eligii Epi & Candidi Mart.
R. 2 Gregorii Armeni Epi Mart.
3 Faustini & Dafrosae Mart.
R. 4 Barberae Virg. & Mart. †
5 Sabae Confes.
R. 6 Nicolai Epi Confes. †
R. 7 Ambrosii Epi Confes.
8 Conceptio S. Mariae
9 Zenonis & Vrbani Epi
10 Melchiadis Papae Mart.
11 Damasi Papae Confes.
R.12 Luciae Virg. & Mart.
R.13 Agnelli Confes. Mart. †
14 Valeriani Epi Confes.
15 Ananiae cum Soc. ejus
16 Secundini Epi Confes.
17 Ignatii Papae Mart. †
18 (1) Adjutorii Confes. †
19 Valerii Confes.

20

20 Abalis (2) Abbatis Vigilia
R.21 Thomae Apostoli
22 Zeferini Papae Mart.
23 Gregorii Spolitini Mart. †
24 Vigilia
R.25 Nativitas Domini Nri Jesu Xpi
R.26 Stephani Protomart.
R.27 Joannis Apostoli & Evangelistae
R.28 Innocentium
R.29 Tomae Contuberni Mart.
R.30 David Regis
R.31 Silvestri Papae Confes.

Domesticos caelicolas mensis ultimus duos tantum nuntiat; die 2. Gregorium Armenum : *die* 13. Agnellum. (1) *E regione dierum* 18. 19. *sic in Ms. notatum erat*: Sol in Capricornu, eo quod Moyses cornutam faciem habuit. *At vero ab his saepe laudatum Ambrosianae biblioth. Kalendarium discedit, sic adnotans*: Sol in Capricorno, pro eo quod Esau pro cupiditate venatus perdidit benedictionem. *Jam vero* Adjutorius *diei hujus videtur ille S. Prisci Africani socius, qui Cavae colitur.*

(2) *Forsitan* Abelis *legerimus; nam hujus nominis Sanctos aliquot laudare possim, ex quibus unus est in Ferrario Non. Aug. Remensis Episc. At vero* Abelem *aut* Abalem *Abbatem monstrabunt alii.*

Hactenus de hoc Kalendario sufficiat: quod, uti vides, Sanctos plures magnam partem Graecos supra Fastos marmoreos admetitur: certe quia post IX. saeculum horum Ecclesiae Neapoli dedicatae fuerunt. In hoc Kalendario longe major, quam in marmoreo Sanctorum transpositio est. Tandem initio mensium prius horae noctis quam diei notantur: credo quod XII. saeculo jam ratio horologii Italici coeperat, ab occasu solis noctidua numerantis. Olim longe aliud fuerat.

CAMILLI (1) TVTINI

In supradictum Kalendarium observationes.

I. P*Ost necem Sancti Thomae Cantuariensis, sive ut hoc Kalendario legitur, Contuberni, & ante Divos* (2) *Bernardum, Dominicum, & Franciscum scriptum hunc Neapolitanae Ecclesiae Codicem existimo, quia illum habet & hos non habet, alioquin proculdubio habiturus, si post adeo Neapoli celebrium Divorum obitum scriptus fuisset.* (Poterat tamen intra artiores cancellos

epo-

(1) Satis apud Neapolitanos celebris; qui sub initia superioris saeculi opusculis pluribus a se datis inclaruit. Bibliotheca Brancatiana plures ejus manu exaratas vigilias possidet.

(2) De Bernardo cura frustra Tutinum incessit: qui quidem ante Thomam Cantuar. Sanctis adscriptus fuit; quia Alexander III. Bernardum anno 1165. Thomam autem paulo post annum 1170. quo Martyr occubuit, Sanctis accensuit. Quod si quaeras cur hinc Bernardus absit, Thoma interim adscripto; respondebitur primum, quia major Archiepiscopi & Martyris claritudo, quam Abbatis initio fuit; deinde quod Neapoli nullum unquam Cisterciense monasterium extiterit.

epocha Kalendarii hujus restringi: quod inferne [3] praestamus.

II. Mense Januario habet unicum Severinum, eumque non Episcopum, sed Abbatem, quod sane notatu dignum videtur.

III. Divi quos cruce signavimus, vel Neapolitani sunt, vel Neapoli etiam celebres, inq: iis nonnulli juxta ritum Ecclesiae Graecae (quippe Neapolis graeca (4) urbs diu fuit) diligenter adnotati & culti. Itaque Neapolitani Cives & Patroni (uno excepto Aspre-ne,

(3) *Tutiniani hujus Kalendarii epocha accuratius definitur.*

Videtur Kalendarii hujus aetas intra hos terminos adstringi debere. In eo die 16. Febr. sic legitur: *Julianes Virg. & Mart.* die vero 30. Octob. scribitur: *Maximi M. Cumani*. Id quod argumento est, haec scripta fuisse post annum 1207. quo Ss. Julianae & Maximi reliquiae ex Castro Cumano Neapolim sub Anselmo Archiep. translatae fuerunt. Nec refert quod in Fastis marmoreis nihilo minus ambo (& quidem eisdem diebus) notentur. Nam multum utrinq. interest. Etenim in Fastis marmoreis amborum inscriptio usq. adeo nihil singulare habet, ut equidem Par. III. cap. XV. illud MAX. (quod in tabulis marmoreis die 30. Octob. legitur) aliorsum quam ad pugilem Cumanum retulerim: ad quem tamen id pertinere in Addendis suadebo. At vero in hoc Kalendario utriusq. adnuntiatio singularis est; quia *Julianae* festum *litteris rubris* notata fuit: *Maximi* vero sollemnitas cum hac quam accuratissima adjectione: *Martyris Cumani*. Quae duo tam exquisita & singularia mihi videntur, ut putem non ante annum 1207. haec scribi potuisse. Habes ulteriorem limitem.

Citerior vero terminus recte a festis Ss. Francisci & Dominici petitur. Amborum vero festa Neapoli celebrata videntur, si minus statim ab eorum canonizatione (quorum Franciscus quidem anno 1228. Dominicus vero haud multo post adscripti Fastis fuerunt) at certe statim post erecta Neapoli monasteria sua. Et Dominicanis quidem a Petro Archiep. anno 1231. concessa Ecclesia S. Archangeli ad Morfisam cum Monasterio fuit (quod nunc S. Dominici Majoris vocatur) at Franciscanis ann. 1234. a Joanne Episc. Aversano Ecclesia S. Laurentii donata fuit. Ergo citerior terminus erit annus 1231. quo prima Dominicanis Ecclesia concessione Archiepiscopi patuit. Nam ab eo saltem tempore Dominici festum inscribi Kalendario Neap. oportuit. Quod quia hinc abest; hinc hoc monumentum anterius anno 1231. fuit. Ergo Tutinianum Kalendarium inter annum 1207. & annum 1231. contextum fuit. Atq. in hunc modum a me alibi dicta (tum scil. Par. I. cap. 3. tum etiam initio Appendicis, & hujusmet Kalendarii) elimari volo. Nempe ubi diximus circa ann. 1200. has Kalendarii tabulas fuisse contextas, ibi consultius scribes, inter annos 1207. & 1231. fuisse consarcinatas.

(4) Graecismus Neapolitanus quo usq. pertineat, accurare definivimus in Differt. de Cathedrali unica, Par. II. pag. 100. & seqq.

no, quem nisi incuria id acciderit, praeteritum valde (5) *miror*) *literis rubris scripti sunt, videlicet Januarius, Severus, Agrippinus, Athanasius, Euphebius, Agnellus. Pomponius autem licet & ipse lit. rub. sit insignitus, diverso tamen modo descriptus est. Nam illi jam dicti non solum dicuntur Episcopi, sed etiam Cives Neap. hoc modo*, Athanasius Neap. Episcopus Confes. *Pomponius vero sic:* Pomponius Episcopus Neap. *Caussa discriminis forte fuit, quod hic Romanus erat, ut supra* (6) *dictum est, e Gente Mercuria. Quam diversitatem id significare quod dixi magis magisq. intelligitur ex eo quod Januarius scriptus est* Neap. Episcopus & Mart., *cum tamen constet non Neapolitanum, sed Beneventanum fuisse Episcopum. Vox* Neapolitanus *igitur dictioni* Epis. *praepostia significat Civem Neapolitanum, postposita significat Episcopum Neapolitanum non autem Civem. Atque ob hoc ipsum puto Agnellum scriptum fuisse litera rub. quod corpus ejus Neapoli sit, non autem fuisse additum τό* Neapolitanum, *quia is, ut suo loco fusius dicemus, non fuit Neapolitanus, sed alibi natus extera gente.*

IV. Alii quidam literis & ipsi rubris scripti sunt, quod Neapoli celebres eximie culti, ut Potitus, Antonius, Sebastianus, Conversio S. Pauli, Vincentius, Agatha, Helena, Scholastica, Juliana, Barbatus, XL. Mm. Gregorius Papa, Benedictus Abbas, Joannes Episcopus Neap. Georgius, Pomponius, Restituta, Felicitas, Margarita, Vitus, Stephanus Papa & Mart. Inventio Sancti Stephani Protom. Patricia, Augustinus, Decollatio S. Joannis Baptistae, Paulus Episcopus Confessor (*hoc est Martyr ille, scilicet* (7) *Episcopus CPolitanus celeberrimus, qui sub Constantio Imp. passus est*) *Candida, Exaltatio S. Crucis, Cosma & Damianus, Hieronymus, Fortunata, Ursula, Leonardus, Caecilia, Clemens, Chrysogonus, Catharina, Petrus Alex. Gregorius Armenus, Barbara, Nicolaus* (*cujus etiam translatio Barium facta lit. rub. consignatur*), *Ambrosius, Lucia, B. V. Conceptio, Thomas Cantuariensis, David Rex. Ex his si aliquot paucos excipias, ceteri singuli singulas habebant Neap. Ecclesias sive Oratoria ipsorum nomine dedicata. Verum isti qui non habent Neapoli proprias aedes, aliam ob rationem Neapoli fuere celebres, nempe vel ob reliquias, vel quod Graecis Neapoli erant peculiariter culti.*

Ss *V. Ob*

(5) Cur Aspren in supra scripto Kalendario desideretur, satis probabiles attuli caussas supra Par. III. in S. Asprene pag. 212.

(6) Citat a se dicta in plurib. suor. Manuscriptor. locis. Veluti in *Summario Episcopor. Neap.* p. 60. sic habet: *S. Pomponio Vesc. di Nap. consanguineo di Papa Giov. II. della famiglia Mercuria, secondo il Panvinio, di patria Romano.* Videatur ejusd. Tutini prolixior de Episc. Neap. Ms. liber, & Chioccarellus.

(7) Jam supra notavi ad Augusti finem, non CPolitanum Mar-

V. Ob hanc vero, quam ultimam posui rationem in hoc Kalendario quidam Divi recensentur, quibus locus fere non est in aliis Kalendariis Latinis, ut sunt Gregorius Nanzianzenus (hunc enim ante Paulum Quartum, qui eum posuit in Romano Kalendario & Breviario, Romana Ecclesia non celebrat) Abbacyrus & Joannes, Julianus alter, item Ephiphanius Episcopus, Prochorus M. (adde) Longinos duos, Irenem & Veneram Mm., Joannem Chrysostomum, Ignatium, non illum Antiochenum, sed Constantinop. Patriarcham.

VI. Venera quidem, quam nonnulli cum Parasceve confundunt, & Irenes par sunt Virginum atque Mm. apud Graecos summo honore cultarum; & utramque simul depingere Graeci jam pridem sunt soliti, ut Joannes a Sancta Maura Graecorum monumentor. exscriptor. (testimonio) *Senex optimus mihi aliquando dicebat, & picta tabula demonstrabat.*

VII. Est etiam observandum in hoc Kalendario merito haberi Quodvultdeum, Fortunatum, Maximum: illum, quod Neapoli vixit & obiit, istos quod Neapolitani fuere Episcopi. Laurentius autem, Eustatius, & Nostrianus Episcopi cur praeteriti sint, equidem ignoro: nisi velimus dicere eo tempore quo iste Codex scriptus est, obliteratam jam fuisse horum episcoporum memoriam ob tot clades vastitatesque, quas haec Civitas a Barbaris passa est. At Gaudiosum quidem habet, Bitiniensem (8) *an Salernitanum Episcopum? Miror item cur alteram* (9) *Candidam minime memoret iste Codex: quam tamen valde celebrem, & XII. lectionibus Neapoli cultam scimus. E contra de Victore illo Neapolitano Confessore qui habetur die* 8. *Februarii, nos quidem nihil novimus, nisi Victorem Episcopum intelligunt, qui Sanctus ab Eugippio vocabatur.*

VIII. Observo etiam, hic esse Renatum, Adjutorium, Priscum, & Socios ejus, Leucium, item Cataldum, Germanum, Euplium, Trypho-

Martyrem esse intelligendum; sed Neapolitanum Episc. & Confessorem, qui fuit ab Asprene quintus, quiq. in Fastis marmor. die 23. ejusdem Augusti proponitur.

[8] De Salernitano cave cogites: nam certo certius Africanus advena est, cujus Neapoli celeberrimus cultus fuit. Ceterum non *Bitiniensis* sed *Abitinensis* potius est nuncupandus. Ejus enim urbs Episcopalis *Abitina* fuit, ut ex Notitiis Africanis ostenditur.

(9) Imo altera Candida in his Fastis die 4. adnuntiatur: nam quae a S. Petro ad fidem conversa fuit, ea in actis paullo antiquioribus *Vetula* quaedam dicitur. Necdum enim ei *Candidae* nomen inditum fuerat: quod nomen vix vergente XIII. saeculo a chronographo antiquiore S. M. de Principio usurpari coepit. Porro a libello officior. [qui ex Mss. editus Neapoli fuit anno 1525.] abest Senioris officium; nec nisi Candida posterior colenda proponitur cum novem lectionibus, quarum sex priores propriae sunt, tres ultimae de communi. Ac de his vide plura p. 64. & 65. Adn. 100.

phomenem, utpote Divos in propinquis urbibus, aut regionibus eximie cultos & celebratos: nempe Renatum Surrenti, Adjutorium Cavae, Priscum ac Socios Capuae & finitimis pagis, Leucium Brundusii, Cataldum Tarenti, Germanum Capuae, Tryphomenem Amalphi. Euplius vero Siculus martyr olim Neapoli Ecclesiam habuit de suo nomine propriam in via Furcellensi.

IX. Praeterea notandum est Ignatium alterum die 17. *Decembris vocari Papam & M. Papam quia fuit Patriarcha Constantinop. isque sic Graecis appellatus est, etiam postquam alii per orbem Episcopi desierunt appellari Papae. Infelix enim Graecorum fastus retinuit id vocabulum excelsae dignitatis, quod soli Romano Pontifici a multis hinc saeculis est attributum; Martyr vero quod extrema passus ille Divus sit Photio Pseudoepiscopo & Barda Caesare persequentibus.*

X. Priscum habet cum Sociis hoc Kalendarium die 28. *Martii. Socii autem fuere ii, quos nominatim recenset Martyrologium Romanum die prima Septembris; vid. Castrensis, Tammarus, Rosius, Heraclius, Secundinus, Adjutor, Marcus, Augustus, Elpidius, Canion, & Vindonius. Horum plerosque aliis diebus recenset nominatim & sejunctim hoc Kalendarium, nempe Castrensem XI. Februarii, Canionem* 25. *Maii, Elpidium* 26, *Secundinum* 29, *& ut conjicio Vindonium item* 26 *ejusdem mensis, quia pro Ciconio, qui nullibi inter Divos legitur, Vindonium fidenter repono, eo quod cum Elpidio, quis alius Ciconio similior reponendus erit? Et deniaue Adjutorem* 18 *Decembris. Tammarus autem, Rosius, Heraclius, & Augustus alibi recensiti reperientur, nempe Rosius in Litaniis ad Martyrologium Beneventanum adjunctis penes Codicem vetustissimum apud Bartholomaeum Chioccarellum: Tammarus habetur in Martyrologio M. S. Sanctae Mariae de Pletca, quod est in Bibliotheca Sanctorum Apostolorum, & in Litaniis Ecclesiae Beneventanae; nam in ea urbe Tammari Sacrum Corpus haberi legimus in jam dicto Martyrologio Beneventano. Sed de his omnibus, cum agemus de Gaudioso* (10) *& Quodvultdeo, latior erit tractatio. Interim hos fuisse Episcopos, cum venerunt Neapolim, patet ex actis S. Agnelli, in quibus sic habetur.* Advenit (*S. Gaudiosus*) cum S. Quodvultdeo, & ceteris (11) Praesulibus fugiens scilicet persecutiones Vandalorum.

Sf 2 XI.

(10) Tutiniana S. Gaudiosi vita Neapoli edita circumfertur.

(11) S. Prisci comites a Gaudiosi & Quodvultdei comitibus omnino funt distinguendi, ut observatum a me fuit in Comment. ad Kalendar. marm. ubi de S. Castrense. Nec a vero abhorret, Prisci socios fuisse magnam partem Presbyteros aut ex Clero inferiore: deinde processu temporis eosdem in vacantibus horum locorum sedibus fuisse ordinatos Episcopos. Itaq. quae Tutinus ex Agnellianis

XI. Id quod in Calendario scriptum est ad diem 18. *mensium Maii, Julii, Octobris, & Decembris de allegorica quadam signorum aliquot Zodiaci cum sole conjunctione, nempe, ut ideo sol dicatur esse in Geminis, quia Eva de Adam corpore facta est; & in Leone, quod Daniel fuit in lacu Leonum; & in Scorpione quod Pharao pro cupiditate mersus est (sic repono pro* (12) mersit) in mare. *& in Capricornu, eo quod Moyses cornutam faciem babuit, haec inquam omnia, etsi a pia mente & calamo profecta videri possunt, nullum tamen suffragium a sacris literis habent; quamvis enim, & Evam ex Adami costa productam, & Danielem in lacum leonum immissum, & Pharaonem in mare demersum, & Moysen ob ingentem vultus claritatem cornutam habuisse faciem divina tradat historia, ea tamen Patrum gesta in Zodiaco fuisse figurata, neque sacrae literae produnt, neque antiquorum Patrum quisquam est (quod equidem sciam) qui vel nutu significet. Praeterea tempora certe non constant; falsum quippe est, iis mensibus, iisque diebus contigisse. Haec igitur lector lubens praetereat, & sequiori illi saeculo* (13) *atque aetati ineruditae relinquat.*

XII. Quamquam Kalendarium supra positum habet, ut vides, com-

nis affert, ea de Gaudiosi & sociorum Episcoporum appulsu sunt iotelligenda, non de iis, quae de altero appulsu in Actis S. Castrensis & in Mrologio Rom. Kalendis Sept. leguntur, ubi de S. Prisco.

(12) Favet Tutinianae correctioni quod in Ambrosiano Kalendario legitur *mersus est*. Tamen cave mutes quidquam. Nam *Mergo* aevo posteriore non tantum activum sed & neutrum erat; praesertim apud S. Ambrosium; apud quem centies notione intransitiva id reperi. Lib. IV. in Luc. num. 51. *Qui* (Naaman) *leprosus MERSERAT, fidelis emersit*. Et sic etiam de Myster. n. 17. & 21. Et Epist. 2. (edit. Bened.) n. 16.

(13) Hoc ultimum verum est. Nam aevo isto perdite in rebus omnibus ἀλληγορήματα talia affectabantur. Jam supra his, quae in hoc Kalendario quater tantum adnotantur, paria verba ex Ambrosiano attulimus. At in eodem Ambrosiano singulis mensibus mysteria ejusdem surfuris proponuntur: quae operae fuerit ex ceteris mensibus huc adscribere. Mense Januario: *Sol in Aquario, quia Johannes Bap. in Jordane Salvatorem baptizat*. Februario: *Sol in Pisce, pro eo quod Jona Propheta in ventre coeti fuit in HOC MENSE*. De mense vix Judaeo Apellae persuaserit. Martio: *Sol in Ariete, pro eo quod Abraham arietem obtulit Domino pro Isaac filio suo*. Aprile: *Sol in Tauro, quia Jacob sicut taurus cum Angelo luctatus est*. Junio: *Sol in Cancro, quia Job Propheta cancrius fuit*. Quidnam hoc fuerit? Augusto: *Sol in Virgine, quia Maria Virgo Filium genuit*. Septembre: *Sol in Libra, quia Judas Iscarioth ad stateram pretium Salvatoris appendit*. Novembre: *Sol in Sagittario, quia David rex belligerator fuit contra Goliath*.

complures Divos nostrates, non omnes tamen. Nam neque (14) *Fortunatum neque Maximum, neque (quod equidem miror) Asprenum* (15) *Episcopos habet. Quo circa ut id damnum aliqua ratione resarciretur, libuit Neapolitanos Divos subjicere a me e Kalendario Neapolitano Breviarii Vet., quod est in Codice CXCVI. Bibliothecae Casinensis excerptos. In eo tum jam dictos tum etiam aliquot alios Divos leges, alibi haud facile reperturus.*

VI. Idus Januarii Neap. S. Severini Abbatis.
V. Idus Feb. Neap. S. Victoris Episcopi & Confes. *
XI. Kal. Mart. Neap. S. Quodvultdei Epi & Confes.
IV. Nonas April. Neap. S. Joannis Epi & Confess.
Pridie Kalendas Madii Neap. S. Severi Epi & Confes.
XVI. Kal. Junii Neap. S. Restitutae Virg. & Mart.
X. Kal. Junii Neap. S. Euphebii Epi & Confes.
III. Idus Junii Neap. S. Maximi Epi & Confes.
XVIII. Kal. Julii Neap. S. Fortunati Epi & Confes.
Idibus Julii Neap. S. Athanasii Epi & Confes.
III. Non. Augusti Neap. S. Aspren Epi & Confes.
VIII. Kal. Septembris Neap. S. Patritiae Virg.
Pridie Non. Septembris Neap. S. Candidae
VII. Idus Septembris Neap. SS. Mart. Festi & Desiderii
XIII. Kal. Octobris S. Januarii Epi & Mart.
Pridie Id. Octobris S. Fortunatae Virg. & Mart,
XIIII. Kal. Novemb. SS. Mart. Euticetis, & Acutii
VII. Kal. Novembr. Neap- S. Demetrii Mart.
VI. Kal. Novemb. Neap. S. Gaudiosi Epi- & Conf.
III. Kal. Novem. Neap. S. Marciani Epi & Mart.
V. Idus Novem. Neap. S. Agrippini Epi & Conf.
IV. Non. Decemb. Neap. S. Ligorii Epi & Mart. *
XIX. Kal. Januarii Neap. S. Agnelli Conf.

In hoc vero indiculo duos solum asterisco notavi, Victorem; & Marcianum. De Victore jam dixi in apparatu cap. 7. Marcianum vero Episcopum Neapolitanum fuisse testatur aedicula (16) *ejus nomine nuncupata prope Episcopium sita. Porro in aliis quibusdam Kalendariis exstat memoria Marciani Episcopi, sed 14. Junii.*

ADMONITIO

In Tutinianis Mss. praeter alia, exstabant duo prae ceteris huc facientia, nim. Excerpta Kalendarii Lotteriani, & Notitia veterum quarumdam Ecclesiar. Neap. quae nunc non exstant, ex

(14) Fallitur. nam Fortunatus & Maximus ambo in mensem Februar. fuere transpositi. Et quidem par semper in rebus omnibus utriusq; sors fuit.

(15) Aspren cur fuerit praetermissus, monui supra Adnot. 5.

(16) Aediculam istam pluribus descripsi in Partis III. fine.

ex chartis erutarum. Quae ambo, peccaverim in cupidorum commoda, si huc non adscriberem.

SANCTORUM [17] NEAP. FESTA QUAEDAM.
Kalendarii [18] Lorreriani.

MENSE FEBRUARIO Die 18. *S. Quodvultdei Patroni Neap. Epi.* APRIL. die 2. *S. Joannis Neap. Epi.* Die 5. *Translatio S. Athenasii Epi Neap.* Die 30. *S. Pomponii Epi Neap.* MADIO die 17. *S. Restitutae V. M. Neap.* Die 23. *S. Eusebii Epi Neap.* JUNIO die 3. *Translatio* (19) *S. Anelli.* Die 11. *S. Maximi Neap. Epi.* Die 14. *S. Fortunati Epi Neap.* IULIO die 15. *S. Athenasii Epi Neap.* AUGUSTO die 3. *S. Aspren Epi Neap.* Die 26. *S. Rufi* (20) *Mart. Neap.* SEPTEMB. Die 4. *S. Candidae Neap. die* 7. S. M. *Festi & Desiderii Neap.* OCTOB. die 14. *S. Fortunatae V. M.* die 19. *S. M. Euticeti & Acucei Neap.* die 26. *S. Demetrii Neap.*....... *S. Gaudiosi Epi Conf. Neap.* die 30. *S. Marciani Epi Neap.* (21) *Conf.*

Ad haec eodem Tutiniano volumine fol. 81. reperitur Notitia veterum Ecclesiar. Neap. nunc non exstantium, ex veterib. chartis erutarum. Hanc etsi ad mihi propositum de SS. Episcopis Neap. pensum minime pertinentem, tamen cum patriarum originum amatoribus perutilem fore considerem, non invitus feci, ut in oram (22) imam conferrem: quam qui volent, poterunt ex antiquis membranis, & undeunde plurimis partibus locupletiorem efficere. Nuper etiam ad manus habui Notitiam manu exaratam veterum Ecclesiarum alteram, tum aliunde, tum maxime ex vetustioribus Visitationibus erutam: quam, quia integrum formae octavae codicem implet, in opportuniorem, si Deus volet, occasionem reservo.

MO-

(17) Non omnium scil. sed quos peculiari aliqua de causa inde Tutinus decerpsit. Exstant ea Excerpta in Brancatiana biblioth. pluteo 2. lit. D. num. 6. pag. 113.

[18] Hoc est illius Kalendarii vetustissimi membranacei, quod penes Gabrielem Lotterium Cler. Regularem fuit.

(19) De translationis Agnelli festo non memini alibi legisse.

(20) Hunc Mrol. Rom. eod. die Capuae attribuit.

(21) Monet hic Tutinus τὸ Neap. manu recentiore deletum fuisse.

(22) *NOTITIA veterum Ecclesiarum nunc non exstantium, quas Tutinus ex chartis collegit.*

Sub sequentibus Graecis Impp. (*post Constantinum Magnum scil. nam proxime Ecclesias ab eo factas Tutinus complexus fuerat*) condita sunt *S. Mariae ad Albinum*, *SS. Petri & Marcellini* monasteria. Item *S. Agatae in vico Aburii* sive *populum Reg. Portae Novae*, quod *sororum de poenitentia* dictum est. *SS. Festi & Desiderii. S. Arcangeli de Bajano, S. Mariae de Agnone*: quae superiorib. annis alio in monasterio translata sunt; prout aliquot ante

nos

nos saeculis *SS. Anastasii & Basilii ad Meliam ad S. Mariae de Cappellis: S. Petri ad castrum tum Monacorum tum Monialium*, quod ob Castri novi promotionem ab Alphonso I. ad *S. Theodori & Sebastiani* deductum est, ut in scriptura portae epigramma testatur. *SS. Sergii & Bacchi in vico Severini Reg. Furcillae* ad *S. Salvatoris in Megari*. Item & quod in *Reg. Fori ad Ancillare* situm a B. Pellegrino ibidem sepulto nomen accepit. Fuit autem is Scotici Regis filius, qui devotionis ergo ad omnia Sanctor. Oratoria peregrinatione suscepta, tandem Neapoli incognitus constitit, eodemque in monasterio vita functus & tumulatus est. Fuere & coenobia *S. Arcangeli ad Signa*, *S. Angeli ad Morfisam*, *SS. Cosmi & Damiani* [quorum Oratorium solummodo superest] & sequentia, quae quando curve disperierint, incertum. Eorum tamen frequens in vetustis nostrae urbis monumentis mentio habetur.

SS. Cornelii & Cipriani in vico S. Eupli R. Furcillae.

SS. Clerici & Jacobatii.

SS. Simeonis & Domitrii.

S. Mariae Puellarum Dei Romeae.

S. Gregorii in Regionario, quod a Sergio Archiepiscopo Cavensi Monasterio attributum est.

S. Potiti R. Marmoratae.

S. Petri Apostoli in Ertica in plaga majori.

S. Petri ad Pertusium.

SS. Samonae Guritae & Abibii R. Nidi.

SS. Sperati & Spernae in vico Severini.

S. Sergii in Castro Lucullano: unde ad *S. Petrum ad Castrum.*

Oratoria quoque quamplura per ea tempora Neapoli condita sunt, quorum ea tantummodo recensebimus, quae a nostrorum hominum cognitione quam maxime absunt. Sunt autem

S. Anıimi ad Silicem S. Georgii.

S. Angeli ad Pertuscıolum R. Portae Novae.

S. Anastasii super porta Maris.

S. Aretae R. eiusdem.

S. Angeli R. Meliae.

S. Erasmi ad lampada R. Furcillae.

S. Gregorii de...

S. Jacobi de scalis.

SS. Joannis & Juliani in Campo Neapolis.

S. Joannis ad Calcariam.

SS. Joannis & Pauli R...

S. Joannis Baptistae juxta portam Ferri R. Forcillae.

S. Joannis ad Mare juxta Plagia.

S. Arcangeli in Monterone R. Portus.

S. Anelli in vico Granci.

S. Agatae R. ficoriolae juxta murum publicum.

SS. Cosmi & Damiani ad puteum publicum R. Portae Novae.

S. Euphiemicae R. Ficariolae juxta murum publicum.

S. Eutimii in vico Solis & Lunae.

S. Mariae ad mare extra urbem & portam Castelli .... Ad praesepe sive Rotundae sive ad monacorum. Nunc *S. Mariae de Angelis.*

Inter *vicum frigidum & Bulgarum de Hierusalem*, ubi nunc *S. Mariae Magda. ad Concianum* Regionis *Summae Plateae*; *Equorum in vico frigido Reg. eiusd. Ad Circulum in Esculа* (an. *Epula*). *In curte Pappacavalli* Reg. *Capuanae*. *Ad silicem S. Georgii*.

S. Sosii Reg. Forcillae de vico Furmelli Reg. *Portae S. Januarii*. *Ad calastrum in curte balnei novi* Reg. *Forcillae*, *De Sancta in Campo Neapolitano*.

S. Pe.

MONVMENTVM III.

Quo S. AGRIPPINI Episc. Neap. Miracula continentur.

PRAEFATIO

Qua I. generatim Corsiniani Codicis, Acta Sanctorum continentis, aetas ac pretium: II. peculiariter S. Agrippini & S. Agnelli Miraculorum auctor, ac tempus quo scripserit, aperitur.

SECTIO I.

De Codicis Corsiniani senio ac dignitate.

Quandoquidem beneficio Eminentissimi Card. Josephi Spinelli Archiep. Neapolitani nuper plura Sanctor. Neapolitanorum Acta sum consecutus, ex satis vetusto codice Corsiniano summa fide descripta (curante eruditissimo viro Constantino Rogerio, Imperiali Bibliothecae praefecto, cui eam provinciam providentissimus Archiepiscopus demandavit) aequissimum fore censeo, si ejus codicis veteres possessores, indolem, & aetatem, qua descriptus olim fuit, ante omnia aperiam.

Is de quo loquor, codex, in Eminentissimi Card. Nerei Corsini pluteis asservatur num. DCCLXXVII. Idem formae est oblongae, totus ex membranis charactere Langobardico exaratis compactus. Porro in ima pagina prima sic scriptum (litteris tamen recentibus, ac facile XVI. saeculi) legitur: *Hic liber est Monasterii S. Severini de Neapoli*. Monasterium istud Casinensium Monachorum antiquissimum est, quod X. ineunte saeculo SS. Severini Norici, & Sosii Mart. pignoribus ex Lucullano advectis collocupletatum fuit. In hujus igitur Monasterii usum codex iste descriptus & compactus fuit, ex eoq. plura de-scri-

S. Politis ferrariorum ad Rectorum *ad scalas S. Pauli.*

S. Pauli intus domum illorum de Cacapece *in volo frigido* Reg. *Summae Plateae.*

S. Pantaleonis Reg. *Termontis.*

S. Severini in vico Radii *Solis, quae Grancia dicitur.*

S. Sylvestri Reg. *Domus nere* [an *Nove*].

S. Stephani de arco haereticorum sive *ad arcum in foro de calearia.*

S. Salvatoris de Cappellis in platea arcus.

S. Thomae Reg. *Termontis,*

S. Viti ad Campagnanum *extra portam D. Ursi.*

S. Severini Parvi in vico Palmatum R. *andi.. larum.*

S. Sepulchri Reg. Portus.

S. Trinitatis in vico Scalensium in Mericino.

Ad annum 1046 *S. Petri ad Vulpulum* (quod nunc *S. Jacobi Italorum* appellatur) a Pisanis conditum est, ut muro affixum hoc epigramma testatur.

Annis millenis terdenis octodenis
Post Christum natum fuit hoc
opus aedificatum.

Hactenus Notitia Tutiniana est: quam ipsiusmet Tutini verbis adscripsi, ne syllaba una minus.

ſcripta identidem fuere apographa in Neap. bibliothecis exſtantia. Poſtremo eumdem codicem ſaepe ſcriptores Neapolitani antiquiores laudant, ubi de Sanctis hujus urbis ſermo eſt.

Ecquando vero is codex Romam avectus fuerit, difficile dictu eſt. Hoc unum me laudatus Rogerius monuit, ex pluribus Vghelli & Bollandiſtarum locis eum hoc codice comparatis liquido ſe deprehendiſſe, cum aliquando apud Card. S. Severinae fuiſſe, eoq. mortuo ad Joſephum a Coſta jure propinquitatis delatum. Haec de antiquis ejus cimelii poſſeſſoribus.

Id vero volumen non aliud continet, quam Sanctorum acta, non tamen quorumlibet, ſed vel Neapolitanorum, vel ſaltem quorum feſtivitates Neapoli majore ſtudio celebrarentur. Ac Sanctorum certe Neapolitanorum, quorum acta ad eum diem exſtarent, nemo prorſus deſideratur (quantum quidem ex indiculo monumentorum in eo exſtantium, quem ſubmiſit mihi Clariſs. Rogerius, potui deprehendere) id quod ad codicis aetatem inveſtigandam praeſtruit viam. Paucis expediam.

Ergo inter cetera codicis hujus monumenta exſtat fol. 88. S. Aſprenis primi Neapolitani Epiſcopi vita ab Albcrico juſſu Petri de Surrento Archiepiſcopi Neap. conſcripta: quam proinde ante medietatem ſaeculi XIII. elucubratam fuiſſe neceſſe eſt; quia is Praeſul anno 1226. Archiepiſcopatu inito, circa annum 1252. mortuus creditur. Hinc ergo intelligitur, Corſinianum hunc codicem labente aut medio ſaeculo XIII. recentiorem fuiſſe. At non multo tamen eo ſaeculo medio poſteriorem fuiſſe, ex eo intelligitur, quod ab eodem codice (a quo certe nulla ex Sanctor. Neapolitanor. vitis ad illum diem ſcriptis abeſt) ſola S. Joannis IV. exſulat Legenda illa, quam eod. XIII. ſaeculo (1) vergente Joannes Cimeliarches ſcripſit. Cur vero ea deſideretur, non alia aſſignari cauſa poteſt, niſi quia ea nondum prodierat tum, quando Corſinianus codex deſcriptus atque digeſtus fuit. Ex hoc ergo uno indicio oſtenditur, hunc codicem juniorem quidem Albericiano opuſculo, anteriorem vero illo altero Cimeliarchae fuiſſe: proinde XIII. ſaeculo ita fuiſſe compactum, ut tamen ejus natales ferme inter annum 1220.

Tt in-

(1) Ex prologo Cimeliarchae conſtat, ſe hortatu Bernardi ſeu Bernardini Archiep. (illius certe cui cognomen *Rubeo* fuit, quippe ex Caracciolis Rubeis propagato) ad ſcribendam eam vitam olim impulſum, non ſtatim id perfeciſſe, ſed aliquamdiu poſt Metropolitae exceſſum. Is autem anno 1252. inita cathedra, anno 1262. ad plures abiiſſe creditur. Hinc optime ejus vitae ſcriptio vergenti ſaeculo XIII. aſſignanda eſt. Plura de hac ſcriptae Legendae epocha qui volet, adeat noſtrum *Edictum Peremptorium* (quod ad calcem Diſſertationis de Cathedr. unica exſtat) pag. 335. adn. 38.

interq. 1280. statione incerta vagentur.

Quod modo dixi, Codicem Corsinianum Cimeliarchae legendâ seniorem fuisse, id ex eo etiam confirmatur, quod postquam Cimeliarches iste apparitionem S. Paulini Nolani S. Joanni I. Neapolitano factam, atque in Vranii epistola expositam, ad suum Joannem IV. transtulit; ab eo tempore coepit ea pars Vranianae epistolae a librariis ipsam epistolam describentibus omitti: qua de causa in Mss. omnibus Neapolitanis nostro Cimeliarche recentioribus haec lacinia Vranianae epistolae desideratur. De quo vide dicta sup. Par. III. pag. 257. Nunc cum ea Vraniana narratio in hoc codice legatur integra; ex eo palam fit, hunc codicem Cimeliarcha vetustiorem fuisse; Albericiano, tamen opusculo, uti monebam, juniorem; ita ut haud dubie quingentorum annorum canitiem praeseferat. Et huic quidem aetati etiam forma characterum adstipulatur.

SECTIO II.

Miraculorum S. Agrippini auctorem eumdem fuisse Petrum subdiaconum, qui & Agnelliana miracula scripsit, & chronicon Joanneum continuavit. Ejusdem Petri aetas in apricum producitur: quae tum ex Agrippinianis hisce (quorum pars altera huic Petro invicte asseritur) tum ex translatione S. Sosii, cui Petrus idem interfuit, ita producta ostenditur, ut ab anno ferme 900. usq. ad 960. & ultra floruerit. De regestis, ex quibus hujusmodi miracula a scripturientibus eruebantur.

AC de Corsiniano codice tam multa scripsisse non piguit, ea maxime gratia, quod ex eo, ut initio monui, plura describi mihi fecit noster Eminentiss. Archiepiscopus. Ex iis quae huc faciunt, sunt S. Agrippini Episc. Neap. Miracula, S. Agnelli Abbatis sanationes, ac vitae longioris S. Athanasii Episc. Neap. Additamenta quaedam, quae in editis frustra quaeras, itemque variantes ejusdem vitae lectiones, omnia cujusvis pretii.

Ordiar ab Agnellianis Miraculis (longissimo sane libello) non quod ea in hoc nostro de SS. Episcopis Neap. opusculo locum jure sibi suo vindicent; sed quod ex eo Petri subdiaconi notitia pendeat, qui X. saeculo & Agnelliana tota & Agrippiniana magna ex parte conscripsit, & Joanneum chronicon continuavit, & plura, credo, alia ab se dedit, quae facile attento lectori styli similitudo prodet. Jam primum omnium certissimum est, Libellum S. Agnelli sanationum (quem nos ad operis hujus calcem, segregem scil. a SS. Episcopis, evulgabimus) a quodam Petro S. Ecclesiae Neap. subdiacono fuisse perscriptum. Nam Petrus ipse se auctorem prodit mirac. XXI. in Andreae cujusdam, ex loco dicto *Antoniano*, sanatione. Ibi le-

legitur: *Et nos... vidimus eum* (Andream) *nexibus astrictum* &c. Mox in subjectis versibus Andreas sic Petrum alloquitur: *Petrus quoque vocaris, nathineo* (h. e. *hypodiaconico*, ut in loco explicabimus) *redimitus honore*. Sed & verbis disertissimis sese Mirac. XXIV. in sanatione sui ipsius, quae recensetur ultima, in hunc modum prodit: *Hujus quoque Agnelli miraculorum virtutes animadvertens ego Petrus sanctae Parthenopensis Ecclesiae* (h. e. cathedralis) *hypodiaconus, cum valida oculorum incommoditate depressus essem* &c. Qui sanitatem, uti narrat, consecutus, haec addit: *Insuper... sanctarum illius virtutum miracula prosa atq. versibus illustrare curavi &c.* Nam non soluta tantum oratione, sed & subjectis versibus id praestitit. Ex quibus qui versus ad sui ipsius curationem pertinent, hi sunt.

Haud ego jam penitus dubito pia commoda lucis (redditae)
A Domini famulo: cujus miracula sacra
Versibus ac prosis deprompsi famine digno.

Nunc illud videamus, si forte detur hujus Petri subdiaconi alia opuscula detegere. In fine chronici Joannis diac. subjicitur vita Athanasii II. cum hac praevia adnotatione, quae in Vaticano cod. eâdem manu deprehenditur exarata. *Huc usque Joannes Diaconus. Quae sequuntur, Petrus edidit Neapolitanae Sedis Subdiaconus*. Deinde sequitur vitae Athanasii II. initium: nam cetera Athanasii Junioris hujus, ac fortassis etiam aliquot sequentium Antistitum acta (verisimiliter ab hoc Petro scripta) in Vaticano codice, ex quo uno cetera apographa propagata fuerunt, desiderantur. At equidem hunc Petrum Joannis continuatorem, fuisse eumdem atque Agnellianorum scriptorem, cum maxime crederem, nec tamen id praefracte affirmare auderem; ecce locus se mihi in hujus Athanasii II. vitae initio obtulit hujusmodi: *Hic itaq.* (Athanasius II.) *vir altioris ingenii* &c. Quae verba cum ne syllaba minus in Agnellianis occurrant, ubi de hujus Athanasii II. sanatione agitur (*Cum cognovisset*, inquit, *utpote VIR ALTIORIS INGENII quod Dei gratia tanta beneficia per Sanctum Agnellum ostenderet* &c.) his, inquam, lectis non dubitavi, Joannis continuatorem, & Agnellianorum scriptorem non duos, sed unum plane fuisse *Petrum Neapolitanae Ecclesiae Subdiaconum*.

Et jam quidem opuscula duo huic Petro vindicavimus; necdum tamen per haec ejus aetas in apricum prodiit. At ea jam nitescet luce clarior, modo eidem Petro etiam Agrippiniana (saltem ultima) asserere liceat. Ajo igitur huic eidem Petro etiam S. Agrippini miraculorum libellum esse procul dubio tribuendum. Quod ubi dico, cave putes me totum, quantus est, sanationum libellum huic Petro Subdiac. tribuere. Haec

enim miraculorum Agrippini collectio, quamvis in Ms. perpetuo tenore procedat; tamen re vera partes duas continet. Prior ex prologo & ex miraculis octo primoribus constat: quae pars in lectiones IX. distributa legebatur ipso die festivitatis S. Agrippini, ut ex Officiis Mss. & ex cor. libello, qui anno 1525. Neap. excusus fuit, intelligitur. Et haec quidem pars prior antiquiorem Petro subdiac. auctorem habuit, brevitatis amantiorem. Pars vero posterior a nono miraculo incipit & in XI. desinit: quae tria tam fuse ab auctore dilatantur, ut ea tantum tria duplo longiora sint tota parte priore. Ex hujus vero partis alterius decimo solo miraculo desumptae sunt lectiones novem, quae in eisdem Officiis per Octavas S. Agrippini legebantur.

Hujus igitur partis posterioris ajo auctorem fuisse Petrum illum Subdiac. qui & Agnelliana scripsit, & chronicon Joannis diac. continuavit. Tanta enim Agrippini ultimorum trium miraculorum cum Agnellianis germanitas, imo & *ταυτότης* styli tanta in oculos statim incurrit, ut quidvis potius liceat, quam ambigere, an utrumque ab unius manu prodierit. Mitto jam parem utriusq. orationis nitorem (quo quidem id temporis sperari major non potuit): mitto communes utriq. locutiones (2) plane perpetuas: mit-

(2) Locutionum utriq. libello communium hunc indiculum habeto. Vterq. singulis paginis pro *Seriatim* usurpat *Feriatim*. Nam tanta semper constantia ita semper scribitur, ut non purem errore amanuensis ſ & f (quamvis simillimas litteras) fuisse permutatas, [nam cur in aliis vocabulis non facile una pro altera ponitur?] sed e scriptoris manu id prodiisse; qui scil. sive communi saeculi sui, sive suopte peculiari errore abreptus, pro *Seriatim* ubique *Feriatim* usurpaverit. Sic in Aprippinianis mirac. IX. [a quo Petrus subdiac. incipit] *Ut feriatim insinuaret*, quasi per otium (a Ferior scil.) diceret. Sic etiam prope finem miraculi XI. *Cum feriatim civibus retulisset*. Sed & in Agnellianis sanationibus istud idem saepissime occurrit, ut miraculo III. IV. VII. XIX. XXIII.

Adhaec in utroq. scripto in narrationum initiis haud raro illud *Scito praenoscens* usurpatur, quod a Vulgato scripturae interprete haustum fuit. Sic in Agrippinian. mirac. X. in fine, & XIII. In Agnellianis vero mirac. I. XI. XIV. &c.

Praeterea illud *Cum aurora noctis finem daret*, in utroq. occurrit, veluti in Agrippin. mirac. XI. & Agnell. VII.

Jam vero adverbium *Concite* pro *Concitate* in utroq. opusculo est obvium, ut Agrippinian. parte posteriore bis, & in Agnell. I. XXI. &c.

Quid plura? Utrobiq. *sospitas* pro *sanitas*: *Ethnici* sunt Saraceni: *Praesumere* in meliorem partem usurpatur de spe Christiana.

Postremo (ne diutius istis immorer) quae signatio temporum in Agrippiniano XI. initio legitur (nim. *Regnante igitur Romano & Constantino Impp. & residente* in

mitto quod in utroq. ſcripto ſanationes mirifice in longum trahuntur (cum contra octo priora ejuſdem Agrippini miracula ſint longe breviſſima) mitto quod Agrippini tria ultima, aeque ut Agnelliana, paſſim monitis ſalutaribus condiantur, ac pietatem ſolidam ſpirent, nec Sanctos ſed Sanctorum Dominum pro auctore ſanationum eſſe habendum ubiq. appoſite moneant: & quae cetera utriq. operi communia per ſe lector poterit animadvertere: his inquam miſſis, illud quis non ſtatim utriq. ſcripto commune itemq. perpetuum agnoſcet, quod non tantum pluſculi verſus proſae orationi ex intervallo inſeruntur, verum etiam quod ſoluta ipſa oratio hexametris aut integris, atque perfectis, aut claudicantibus, qui ultro ſeſe ſcribenti offerebant, aut ſaltem hemiſtichiis, nuſquam non ſcateat; ita ut huic tritum illud peculiare fuerit: *Quidquid conabar dicere, verſus erat*. Et id quidem in tribus ultimis Agrippini miraculis (nam in prioribus octo alterius calami ſanationibus nihil tale prorſus) ut & in Agnellianis perpetuum eſt. Ac ſcio equidem, Erchemperto aliiſq. IX. ac X. ſaeculi auctoribus ſaepe excidiſſe verſus: verum his cum hoc Petro noſtro nihil commune, ſive nitorem, & ut illis temporibus, elegantiam ſpectes, ſive ſtyli ſibi ſemper conſtantis aequabilitatem: quod in hoc tantum per ea infeliciſſima tempora deprehendes, praeterea nemine. Eſt hoc igitur extra dubitationis aleam, Agrippini ſanationum priorem partem, quae octavo miraculo terminatur, ab antiquiore, incertoq. ſcriptore fuiſſe profectam, ut quae brevioribus narrationibus continetur, nullis verſiculis aut hemiſtichiis prorſus contexta: partem vero alteram ab eod. Petro ſubdiac. ſcriptam, qui & Agnelliana elucubravit.

Nunc de hujus Petri ſubdiac. aetate videamus. Et hunc quidem circa annum 910. Translationi S. Soſii Mart. ex Miſenate caſtello Neapolim factae interfuiſſe, ex ejus Actis ab Joanne diac. ſcriptis (apud Surium ad XXIII. Sept.) conſtat. Ibi cap. 16. ſic legitur: *Talibus confeſtim eulogiis animatus Abbas ipſe* (Monaſterii S. Severini) *accerſivit me Joannem Sancti Januarii* (ad Diaconiam) *Diaconum* (chronici Epiſcoporum & hujus

in ſede B. Petri duodecimo Joanne Papa, & in hac civit. Parthenopenſe Tertio praeſule Athanaſio, & Johanne conſule ac Duce, gens nefanda Agarenorum &c.) ei par ac prope gemella legitur in Agnelli vitae epitome illa quae miraculis praeit. *Regnante*, inquit, *Mauritio Tiberio Aug. & B. Gregorio Romanae praeſidente ſedis Pontifice, nec non & Fortunato Neap. Epiſcopo*. Ducem praeterivit, quippe X. ſaec. (quo ſcripta Agnelliana fuere) primordia ducum noſtrorum ignorabantur. Etſi jam tum Duces Neapolitanos exorſos fuiſſe, epiſtolae nos S. Gregorii docent.

hujus Translationis scriptorem) *&* *Aligernum Primicerium* (Primicerii munus in Cathedrali Neap. etiam in actis translationis S. Severini in Lucullanum ineunte VI. saec. scriptis legitur) *&* *PETRVM SVBDIACONEM* (hunc facile , de quo quaerimus ; nec enim alius *Petrus Subdiac.* tunc inclaruit) *& facta praeceptione injunxit , ut cum Joanne cognomento Majorino Praeposito suo , & Athanasio illustri monacho , Misenum proficiscentes* &c. Sed & cap. seq. de eod. Petro scriptor ita commemorat : *Puteolos annavimus* (h. e. *adnavimus* : navim enim conscenderant) *ibiq. parva quiete corpora procurantes , simili nos somnio* (*similia* vocat amborum somnia , quippe inter se congruentia) *de inventione Martyris* (Sosii) *laetificarunt Athanasius monachus , & PETRVS subdiaconus . Sed quia multos errare somnia fecerunt ; idcirco nec penitus detraximus , nec accommodavimus fidem* . Haec translatio , uti monebam , circiter annum 910. sub Stephano III. Episcopo peracta fuit . Liceat igitur annum 910. pro ulteriore termino haberi : ante quem scil. antiquior memoria Petri hujus , charactere chronologico signata , minime reperiatur . Nunc videamus quousq. Petrus idem aetatem prorogasse credi possit . Is in Agrippini miraculis de Vrbe Neapolitana , a Saracenorum impetu S. Agrippini praesidio liberata , sic prope libelli finem exorditur : *Nunc opitulante gratia Christi , ea quae nostris temporibus gesta sunt , prosequamur . Regnante igitur Romano & Constantino Imperatoribus , & residente in sede Beati Petri duodecimo Johanne Papa , & in hac civitate Parthenopense tertio Praesule Athanasio , & Johanne consule ac duce , gens nefanda Agarenorun* &c. Doleo quod index anni Indictio desit . Nunc ea deficiente , ex concursu potestatum , sub quibus Petrus id factum consignat , anno 960. aut alio proxime sequentium haec gesta fuisse (3) necesse est . Quamdiu vero Petrus idem postea advixerit , divinare non possum .

Et

(3) Indictione deficiente , reliquae notae laxiores sunt , quam ut certum annum determinare queant : ut proinde haud inscite Chioccarellus , dum haec pag. 115. ad annum 961. retulit , caute addiderit *circiter* . Ergo , potestatum , quas nominat , nulla nos de certo anno docere potest . In primis autem Joannis Ducatus & Joannis XII. pontificatus anteriores Romani Imperio , eodemque diuturniores fuerunt . Athanasii III. Episcopi finem obscura successoris (quisquis fuerit) initia incertum reddunt .

Vnius ergo Romani principatus est aliquanto restrictior , ab anni 959. die nono Novembris incipiens & in XV. Martii anni 963. desinens (uti Pagius tum ex continuatore Theophanis , tum ex Curopalate , Cedreno & aliis docuit ad anni. 960. num. VI. & ad ann. 963. num. IV.) cujus proinde principatus annos tres , men-

Et Agrippini quidem (ſicuti & ceterorum , qui per tria priora ſaecula fuere , Antiſtitum) res ſancte ac ſtrenue geſtas abolevit antiquitas . Verum ſiquid ejus memoriarum ad ſaeculum uſq. decimum tranſmiſſum fuerat , id nobis ὁδοῦ πάρεργον & pro re nata hic miraculorum liber ſervavit : ad quae in ima libri ora breviter animadvertemus . Jam vero haec quae nunc damus Agrippini miracula , non ex multitudinis narrationibus ſcriptor uterque corraſit , verum ex Regeſtis , quae in S. Agrippini baſilica ſervata fuerant : quibus in fine , quae ſuis temporibus evenere , Petrus adjungit . Horum regeſtorum indicium mihi fecit quoddam vitae Athanaſianae fuſius additamentum ex toties laudato Cod. Corſin. erutum : quod infra in Athanaſianis exhibebimus & illuſtrabimus . At quae in iis digeſtis jejuno & ſimpliciore ſtylo auctor uterq. contexta reperit , ea latius deduxit , & pro ſuo captu exornavit .

Illud quoq. ſciendum eſt , in SS. Neapolitanor. Officiis anno 1525. Neapoli excuſis duplex S. Agrippini Officium occurrere , unum diei IX. Decembris (in quem ejus feſtum incidit) al-

menſes quatuor, dies quinq. complexus eſt . Intra hoc igitur triennium , & quod excurrit , haec geſta fuiſse oportuit .

Ac ſane ſi certum eſset diploma illud , ex quo Chioccarellus pag. 115. effici ait , Nicetam Neap. Antiſtitem anno 962 die 15. Novemb. jam Athanaſio III. (ſub quo haec geſta fuiſse ſcriptor miraculorum docet) ſucceſſiſse , aliquanto artius hujus rei geſtae tempus evaderet . Nunc diplomatis hujus pluribus de cauſis , ut alibi dixi , ſublesta eſt fides . Sicuti nec multo certius eſt diploma aliud , quod Chiocearellus idem pag. 111. affert , quodque ipſe ad ann. 960. confert .

Illud interim magis notandum eſt , quod ab hoc miraculor. ſcriptore dicitur *Romano & Conſtantino Imperatoribus* . Ac ſcribendum potius fuiſset *Romano & Baſilio* : qui Baſilius die Paſchali anni 960. factus a patre particeps imperii fuit . Nam Conſtantinus Baſilii frater , aut numquam patre vivo regnavit (nemo certe id prodidit) aut non niſi ſimul cum Baſilio conſors imperii fuit .

Quo plus autem in hunc locum intueor , hoc magis eo inclinat animus , ut haec diu poſt rem geſtam a Petro ſubdiacono ſcripta fuiſse credam ; eoq. tum Indictionem fuiſse praeteritam , tum etiam cum Romano Conſtantinum haud ſcite copulatum . At enim , inquis , ſi ita ſit ; immane quantum Petri hujus aetas prorogabitur , ut qui ab anno uſq. 910. ſubdiaconus fuerit , & Translationi S. Soſii interfuerit . Reſpondeo , S. Athanaſium admodum puerum (ut ex vita longiore conſtat) ſubdiaconum fuiſſe ordinatum . Idem & huic Petro contingere potuit : qui ſi anno 910 (quo ſubdiaconus exſiſtens illi translationi praeſens fuit) annum XV. egerit ; nihil impedit , quin idem diu poſt annum 960. vitam protraxerit , ac non niſi aetate gravis Miracula S. Agrippini ſcripſerit .

alterum per octavas recitandum. In utroq. novem sunt de S. Agrippino lectiones (nam eo tempore omnes lectiones de Sancto legi moris erat) ex hoc miraculorum libro totidem verbis descriptae. Nec tamen id me deterruit, quo minus hunc eumdem libellum hic insererem: primum quia lectionibus illis octodecim, anno 1525. evulgatis, non totus hic liber exhaustus fuit; imo potiora quaeq. libelli hujus in illis lectionibus desiderantur: deinde quod ille Officior. libellus rarior hodie Neapoli habetur, quam ipsa manu exarata horum miraculorum exempla. Sed tamen sicubi Corsinianus Codex (quem unum in hac editione ducem sequimur) ab edito Officior. libello discrepat, nos eas variantias, si tanti sint, in ima cera notabimus.

Postremo tum in Agrippinianis hisce tum aliis quae ex eod. Corsiniano edemus, ejus codicis scripturam quantumvis pravam plerumq. sequemur. Nec enim in constituenda orthographia tempus conterere licuit; & ceteroqui ipsa perversa scribendi ratio ad antiquitatem & indolem manu scriptorum illius temporis perspiciendam prodest. Itaq. in hoc cod. nullas aut raras admodum diphthongos reperias: V & B passim alternant, & sine delectu inter se permutantur: haud semper accurata est ratio syntaxeos, praesertim ubi unus casus pro alio ponitur. Mitto alia, quae lector ipse per se melius animadvertet.

MIRACVLORVM S. AGRIPPINI (4) PARS I.

Auctoris ac temporis (5) incerti.

V. Idus (*) Novemb. Natalis Sancti Agrippini Neapolit. Episcopi.

, , FRatres [1. *Lect.*] dilectissimi (6) divinis, ac sanctis etiam monitionibus praebere debemus consensum, quibus hortamur san-

[4] Hunc Miraculor. libellum, quamvis in scriptis uno perpetuo tenore legatur, ex duabus tamen constare partib. in super. praefat. diximus. Prior septem Miraculis in homiliae formam redactis & octavo extravagante [quae ambo novem Lectiones diei festi S. Agrippini efficiunt] terminatur: quae pars est antiquior altera, a quo tamen scripta, incertum. Pars vero altera tria tantum ultima miracula continet, eaque (ut in praefat. demonstravi) a Petro Subdiac. qui & Agnelliana conscripsit, saeculi X. scriptore elucubrata fuit. Itaque non temere in lectorum commodum ita uti vides hunc libellum partiti sumus: cujus & miracula singula praepositis numeror. notis distinximus.

[5] Si tamen datur conjecturae locus; videtur haec pars prior ante Paulum Seniorem, h. e. ante medietatem VIII. saeculi contexta fuisse. Nam si post id tempus e manu auctoris prodiisset; cur miraculum illud decimum, in Mauro patratum tempore Pauli Senioris, omissum in ea fuit? praesertim cum idem tam celebre evaserit, ut longissima narratione di-

, sanctorum merita, virtutesque, Christianorum auribus non celare: , dicente Salomone: Sapientiam Sanctorum narrent populi, & lau, des eorum nunciet Ecclesia. Nam tantum puto esse culpae, Sanctorum beneficia reticere, quantum precii est eorum glo, riosas narrare potentias. Unde presentis me compulit festivi, tatis amor beati Agrippini Episcopi & confessoris, patroci, nia, atque sanitates, que diversis licet temporibus suis con, tulerit famulis ad se venientibus, ad gloriam nominis Dei & , ejusdem beatissimi Agrippini laudem referre, ut & fidelium , devotas mentes major ad occurrendum desiderii ardor accen, dat, & beati Agrippini preclara merita, seu legentibus, sive , longe positis audientibus (7) innotescant. (2. *Lect.*) Quia scriptum , est: Opera Dei revelare, & confiteri honorificum est. Et , ideo, Karissimi, plena nos oportet laetitia gratulari, & in , ejus triumphis ac sollemnitate gaudere; deprecantes, ut nobis ,*Dominus per ejus venerandam intercessionem ac festivita, tem, & salutem concedere dignetur & pacem. Quis enim , ignorat, per hunc beatissimum Agrippinum, & beatum ac , sanctum martyrem Januarium (8) Neapolitanam Vrbem ab insi-

V u

dignum sit visum: tam certe longa, ut ea sola narratio novem ipsas lectiones ejus Officii, quod per octavas persolvebatur, occupaverit.

(*) Is tantum titulus in Corsiniano erat.

(6) Hoc miraculorum syntagma cur a Chioccarello, Caracciolo, aliisque *Homiliae* nomine donetur, tum ex hoc principio, totoque prooemio, tum etiam ex fine Miraculi VII. (quo tota homilia terminatur) vides: quae ita scripta sunt, quasi in coetu fidelium & in die festivitatis (de quo die vide mox v. 7.) haec pronuntiata fuerint. Et ceteroqui in tota retro antiquitate in Sanctor. festivitatib. patrata miracula de superiore loco legi non insolens fuit. Exempla ex Augustino & aliis palam sunt.

(7) Distinguendum erat: *Seu audientibus* (qui scil. praesentes aderant) *sive legentibus longe positis.* Tamen etiam Lectiones anno 1525. ditae (quas in consilium adhibere non pigebit) sic distinguunt.

, diis

(8) Ambos patronorum hujus urbis antiquissimos. Ac Januarii patronatus vetustissima testimonia produximus ad sincera illa ejus Martyris acta, quae in fine to. 1. Kalendarii Marm. evulgavimus. De conjuncta vero SS. Agrippini & Januarii tutela tum passim hic liber loquitur, tum etiam Athanasianae vitae longioris prooemium §. 5. quem vide. Imo si huic prologo Athanasiano credimus, Agrippini patrocinium antiquius Januarii tutela fuit. *Januarium*, inquit, *POSTEA* [post Agrippinum scil. ante nominatum] *Neapolites meruerunt habere tutorem*. Verum de his ibi vide.

Mox quod unus horum introrsum urbem tutari, alter assidere foris dicitur; in eo vellem sua cuique officia clarius delegasset. Tamen mox ex Adnot. 10. colliges, Januarium extramuranam provinciam fuisse sortitum.

, diis inimicorum sepissime liberatam? Que ita esse per re-, velationem diversorum, ac relationem cognovimus, quod unus, ex his sanctis ad custodiam Civitatis, alius ad disperdenda, consilia hostium fraudesque vigilare, manifestissime compro-, bantur. (3. *Lect.*) Ut actenus memorata Civitas eorum sit, munita patrociniis, ac defensione protecta, recteque cognosca-, mus, aut intelligamus quod scriptum est. Nisi Dominus cu-, stodierit civitatem, in vanum vigilant, qui custodiunt eam., Unde oportet sine intermissione eorum sancta limina frequen-, tibus occursionibus exorare; quatenus mereamur eorum sicut, semper (*) protectione vallari atque custodiri. Et ut hec que, dixi ita esse credatis, evidentissimis documentis vobis satisfa-, cere non morabor.

, I. Alvinus (9) quidam in eadem Civitate Neapolitana com-, manens, diabolico incitatus spiritu, dum pro traditione pre-, dicte civitatis ad nefandissimam Longobardorum gentem per-, geret, ut eisdem tempus memorati sceleris constitueret, in, itinere positus, vidit beatissimum martyrem Januarium (10) ter-, ribiliter comminantem sibi, atque interdicentem, ut ab ince-, pto opere revocare mentem, gressumque debuisset (4. *Lect.*);, qui statim amens effectus, perdensque virtutem, nec ultra, progrediens, tentus a militibus ad Neapolim perductus est., Hec ipsa, que retuli, ore proprio cunctis audientibus enarra-, vit, sicut & publica (11) monumenta testantur. Ex hoc factum, est, ut sepedicta (12) Civitas sanctorum Januarii, atque Agrip-, pini gratia operante ab iminenti excidio sit erepta. De sanita-, tibus autem ab eis mirifica virtute factis, nulla ad referen-, dum poterit esse lingua sufficiens; paucis (13) tamen ex pluribus, propter festivitatis diem, fastidiumque legentibus utile judica-, vimus narrare, que intentis auribus, & sincero corde vos au-, dire necesse est, & fidem dictis adhibere; (14) neque me nisi, experta arbitremini posuisse.

, II.

(*) Adde ex Lect. *Consuevimus.*

(9) In eisd. Lect. *Albinus*. At in Corsiniano B & V sine ullo delectu passim permutantur.

[10] Quia extra moenia id accidit (quippe is mox Neapolim reductus narratur) ex his colliges, Januario extramuranam tutelam (saltem ex auctoris hujus sententia) fuisse permissam.

(11) Regesta laudat, de quibus in praefat. indicium feci.

(12] Anteferenda est scriptura Lectionum, divisim legentium, *Saepe dicta*; ita ut τὸ *saepe* referatur ad *Erepta*. Imo & id quoque in Lect. melius, quod initio periodi exhibet, *Et ita factum est* &c. [13] In Lect. *Pauca*; & mox *fastidiumque legentium*. [14] Hinc usque ad *posuisse* deest in Lect. quae tamen retineri maximopere volo. *Experta* vocat, quae testificationibus idoneis munita in regestis visebantur. Quod notasse permagni interest.

, II. (5. *Lect.*) Gaudiosus enim quidam de partibus Avel-
, line Civitatis, dum nimiis esset oppressus egritudinibus at-
, que miseriis, ut (15) vulgo dicitur, ad ultimum sideratus factus,
, nusquam valebat progredi. Qui audita fama de mirabilibus
, beati Agrippini, ejus liminibus ab aliis deportatus per quin-
, que continuos menses adherens & orans, sanissimus redditus
, pedibus suis ad memorata unde venerat loca regressus est, &
, incolumis usque ad extremum vite sue tempus permansit.

, III. Alius etiam Lucius nomine nimia vi infirmitatis ce-
, cus effectus, beati Agrippini confessionibus perseverans, ibi-
, que diutius excubans, visum ejus intercessione recepit, aper-
, tisque oculis, quod nox ceca clauserat, pietatis intuitu per
, merita beati Agrippini, Dominus perduxit ad lucem.

, IV. (6. *Lect.*) Nam & aliquis miles de Misenate castel-
, lo adductus, seminecis ac sine gressu, cui ambulandi facultas
, ablata fuerat, ad ejusdem beatissimi Agrippini confessionis *(16)*
, cubiculum jactatus ilico, virtutum (17) auctore Deo, ei conceden-
, te, pristine redditus sospitati, alacer ad sua rediens, in Dei
, laudibus exultavit.

, V. Nec non & claudus quidam hec audiens nimio deside-
, rio ad ejus festinabat limina sancta perduci. Qui (18) Ecclesiam
, ab aliis advectus occurrit: nam ita membrorum fragilitate
, torpebat, ut nullatenus posset vel sursum erigi atque respice-
, re. Hic ergo fiducialiter cepit cum lacrimis ad sepulchrum
, beatissimi Agrippini deflere; postulans quod *(19)* sibi speciali me-
, dicamine subveniri. Quod & factum est, (*7. Lect.*) enim (20) sum-
, me sanitati eodem beato Agrippino operante redditus, pedi-
, bus suis ambulans, & gaudens ac Deum benedicens, miraba-
, tur se ab aliis adductum, propriis viribus reversum, Regi Ce-
, lorum gratias referens, qui eum ideo pribaverat bonis, ut
, ostenderet servis suis quanta sint Sancti gloria adepti: ut ne-

 , mi-

[15] Illud *Ut vulgo dicitur* [quod tamen a Lect. exsulat] ad *Sideratus* refertur.

[16] *Confessionis* melius, quam [sicuti in Lect.] *Confessoris*. Ecclesia S. Agrippini antiquissima illa fuit, quae etiam *S. Januarii* extra moenia dicebatur, quia una alteri haerebat, ut alibi dicam. Ibi haud dubie & ejus Confessio fuit. Quia porro hi duo collatis operis Neapolitanos fovebant; hinc communis ambobus (aut verius invicem adhaerens) Ecclesia stetit.

(17) Haec paullo aliter in Lect. leguntur & distinguuntur: *Jactatus. Illico virtuTEM auctore Deo ei concedente* (18) Pro *Ecclesiam* in Lect. *Etiam*. (19) *Quod* rejectum a Lect., tamen est retinendum; quia respondet Graeco ὡς aut ὅτι, quae cum infinito junguntur.

(20) Multa in Lection. reficta sunt. Veluti quod pro *Enim* (quod videbatur initio periodi non licere usurpari) ponitur, *Qui mox*. At exempla τοῦ *Enim* initio sententiae usurpati plura dat Cangius.

, minem a ſe triſtem ſi tamen fideliter ſperaverit , patiantur , abire , ut impleatur ſcriptura , que dicit : quis ſperavit in , Domino, & confuſus eſt, permanſit in mandatis ejus, & de- , relictus eſt .

, VI. His ergo geſtis , mulier aliqua nomine Paſſara in , ſupradicta civitate Neapolitana habitans regione (21) Erculenſe, , peccatis (22) faventibus , auditum greſſumque perdiderat, ſed nec , loqui poterat, neque cibum omnino capere. Hec .... (23) ſe- , mimortua dum a fidelibus parentibus ad beati fuiſſet Agrip- , pini tumulum perducta, ibique diebus octo hebdomade ma- , joris ſancte feſtivitatis Paſchalis indubitanter permanens , die , ſancto Sabbati ita eſt beato Agrippino miſerante ſalvata , ut , intellegamus atque credamus eam ab Inferni porta in die re- , ſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti revocatam . Huic vite , de mortis confinio reſtituta, mox ad civitatem ſana remeans , , omnibus ſuis affinibus atque vicinis , paſchalia gaudia dupli- , cavit .

, VII. (8. *Lect.*) Sed & puerulus quidam dum in memorata , civitate cum parentibus ſuis eſſet , ſic letalibus eſt oppreſſus , infirmitatibus, atque moleſtiis , ut nulla in eo pars membro- , rum ſana remanſiſſet , neque vite in eo ſigna aliqua videren- , tur. Is ergo dum a parentibus ſuis ad beati Agrippini honora- , bilem [24] memoriam fuiſſet perductus atque jactatus ita eſt ejus , meritis ſublevatus , atque ſanitati redditus , tamquam ſi nihil , mali umquam habuiſſet . Incolomis factus plures poſtea vive- , ret annos. Quantis itaque ſolatio fuerit [25] quantoſque curaverit, , dinumerare quis poterit ? ſufficere autem credidi iſta dixiſſe de , multis. Ab ipſis temporibus , atque diebus , quibus hec mi- , rabilia acta, geſtave ſunt, locus ipſe per induſtriam cujuſdam , ſervi Dei [26] in notitiam perductus eſt, atque ut fuit in melius , exornatus. Et licet ſemper ejus beatiſſimi Agrippini glorioſiſ- , ſima fama nota eſſet , tamen ex hoc populi devotio amplia- , ta, magnum ſibi conventum hominum auxit , duplicavitque

, de-

(21) *Herculenſis regionis* tum marmora Neapolitana , tum antiqui ſcriptores noſtri, & chartae ſaepe mentionem injiciunt . Eamdem porro ac *Furcillenſem* (quae vox etiam nunc durat) fuiſſe, infra ex Mirac. IX. & Adnot. 40. cognoſces.

[22] In Lect. *Facientibus*: quod uſitatius & rectius eſt . Ceterum ſaepe in hac locutione pro *Faciente* aut *Facientibus*, amanuenſes *Favente* aut *Faventibus* ſubſtituerunt, ut alibi dixi . [23] Lacuna in Lect. ſic impletur: *Haec namque ſemimortua*. [24] Ad Eccleſiam extramuranam S. Januarii . [25] In Lect. ſic: *De necibus autem paſſionum quos quantoſq.* [26] Hic in Lect. additur: *Cujus nomen Deus ſcit*. Ac videtur id nomen ſcriptori innotuiſſe, ſed eo vetante occuluiſſe .

, devotionis fidem, atq; occurſionem. Glorioſus (27) ergo Deus in
, Sanctis ſuis, mirabilis in majeſtatibus faciens prodigia, exci-
, tans perditos ad ſalutem, & infirmos, ac deſperatos vite re-
, ſtituens, qui etiam Sancti, concedente eis Domino, omnibus
, ad ſe feſtinantibus celeſti medicina ſubveniuntur, ut juſte il-
, lis ab univerſis in Dei laudibus gratiarum preconia referan-
, tur, optantibus majora ſibi ab eſſe, ac pretioſiora tribui be-
, neficia, que & ſupplicantibus ſibi preſtare non ceſſant uſque
, in preſentem diem (27).

MIRACVLVM (28) EXTRAVAGANS.

, VIII. (*9. Lect.*) Neque enim hoc ſilendum eſt, quod qui-
, dam nomine Paulus habitator Civitatis Neapolitane dum ſe-
, ciſſet muri cercitam (29) per gradus ut ad propria remearet de-
, ſcendens, labente pede ejus diſtortis nervis cum magno tumore
, feceſſit, qui in ejus coxa defluxerat (30) dumque ſeminecis in
, ſuum oſpitium tolleretur, per multa ſpacia temporis lectulo
, miſer decumbens agebatur doloribus, & pene jam ſuam (31)
, paupertas ulam ſpem ſubventionis ſibi medicis ſubrogaſſet, quan-
, tum fuerit pauper effectus graſſabantur. Et dum nulla ſuiſſet
, concurrendi (*) fiducia, ſpes unica tandem ad venerabilem cor-
, pus beati Agrippini confeſſoris Domini noſtri Jeſu Chriſti (pe-
, ne

[27] Hinc uſque ad *praeſ. diem* conſueta homiliarum clauſula extenditur: ex qua patet huc uſque homiliam pertinuiſſe. Poſt clauſulae medium pro *ſubveniuntur* (quod retineri poteſt; quia his temporibus verba ſaepe deponentium formam induebant) in Lect. eſt *Subveniunt*. Mox pro *Ab eſſe*, in Lect. ſcribitur *Ab eis*; ut videatur integrum fuiſſe, *Ab eis eſſe*.

(28) *Extravagans* appellavimus, quippe quod ita extra Homiliam vagatur, ut facile ex diſſimilitudine ſtyli appareat, id nequaquam ab homiliae ſcriptore, ac multo minus a Petro ſubdiac. (qui tria ultima ſcripſit) prodiiſſe. Id vero cum Lectione IX. feſtivitatis (in qua plerumque melius habet) conferemus.

(29) *Cercitam* melius, quam (ſicut in Lect.) *Circuitum*: etſi hoc quoque dicebatur. Sed prius πε-χνικὸν eſt vocabulum, quod ad eos pertinet, qui circumeundo muros *excubias* ſive *vigilias* agebant: qui *circatores* aut *circitores* (vide quae de hoc altero notavimus ad vetus epigramma quod in de *Dedic. ſub Aſcia* illuſtravimus) vocabantur. Res ipſa *Circa* (corrupte *Cerca*, & inde *Cercita*) dicebatur: verbum vero *Circare* erat.

(30) Haec in Lect. deteriora ſunt: *Ut ad propr. remaneret deſcendens, labente pede ejus in torturam in nervis cum magno tumore receſſit, & in ejus coxam defluxerat*. Nec caput neque pes.

(31) Haec uſque ad periodi finem ſunt in Lect. ſaniora: *Suam paupertatem ſpe ſubventionis medicis praerogaverat: & quantum fuerat pauper effectus, tantum ejus infirmitatis flammar. nutrimenta, dolorum ſtridores graſſabantur*. (*) Sic & in Lect. Forſan pro *Conferendi*.

, ne (32) jam mortua membra) a suis parentibus est deductus, ibi-
, que in lacrimis, & jejuniis per multum tempus orabat. Af-
, fuit solita Domini concursio noctis intempesta quadam; dum
, ipse Paulus jam palpitantia membra, spiritus (33) parvus in ipso
, remanserat, vocis sonitum audit: ilico prospiciens, vidit quen-
, dam juvenem stola candida profulgentem in ipso introitu Regie
, [34] dicentem beato Agrippino ecce venit frater tuus, venit fra-
, ter tuus: & post pusillum factusilentio, denuo vox emissa est, ec-
, ce venit frater tuus Acutius, cui beatus Agrippinus, venire
, professus est, ecce venio. Hoc peractum [35] Sancti Dei invicem
, sibi occurrere conspexit, & honorantes se, mox enim clamans
, Paulus cum lacrimis, extendens manus suas & dixit: sancte
, Dei martyr Acuti salvum me fac. Cujus (36) sancti martyris non
, dedignavit in Pauli cinolenta membra manum sanctam palpasse,
, statimque morbus, qui in ipso irruerat in coxa dirupus est, &
, pristine salutis formam recepit. Collaudans enim, & glorificans
, incessabiliter Deum, quam admirabilis est in Sanctis suis.

PARS II. auctore Petro subdiacono.

, IX. (37) Ad augmentum quoque meritorum illius, & Do-
, mini Jesu Christi gloriam illud etiam referre condecet, quod
, quamvis Sanctus & religiosus [38] Carius tamen onere pregrava-
, tus per divinam gratiam mirabiliter operari meruit. Quodam
, itaque tempore dum divina misteria in sancta (39) sede persolvis-
, set, atque ad suos consanguineos visitandi gratia pergeret, in
, regionem videlicet Herculensem, plateam (40) furcillensem, ex

, qua

(32) Quod interposui, abest a Lect. (33) Hic Lect. inserunt *Enim.* (34) *Regiam* esse januam, nemo nescit. (35) Participium est absolutum Graeco more, ut δόξαν pro δόξαντος &c. At Lectiones (in quibus: *Hoc peracto*) putativum id ἄτοπον sustulerunt. Proxime in Lect. sequitur *Sanctos Dei.* (36) Casus hic patrius regitur a *Manum sanctam*. At in Lect. diversa est syntaxis: *Cui sanctus Martyr non dedignatus est jam cenolenta* (i.e. lutulenta) *membra manu sancta palpare.*

(37) Hoc & undecimum desunt in Lectionibus: at decimum, ut alibi dixi, novem ipsas officii per octavam Lectiones implet. (38) Pro *Carius* scribendum esse *carnis*, ne dubita. Ex hoc autem injutio satis (praeter ea quae de stylo in praefat. dixi) apparet, hinc alterius auctoris vigilias procedere; quippe cum de Agrippino adhuc vivo hic agatur. Nam si haec ab auctore homiliae profecta fuissent; nae ille totam hanc narrationem praeire miraculis omnibus, utpote post Agrippini mortem patratis, jussisset.

(39) Cathedralis consueta est circumlocutio. (40) Hic vides, *Reg. Herculensem* postea tempore scriptoris hujus (h. e. X. saec.) vocatam fuisse *Plateam Furcillensem*, sicuti etiam nunc dicitur. Et haec altera nomenclatio in chartis est usitatissima; etsi nondum scio an in decimi saec. monumentis reperiatur. Quod si *Plat.*

Fur-

, qua idem originem nativitatis sumpserat. In qua etiam Ec-
, clesiam ad honorem nominis ejus actenus (41) perseverat: que-
, dam paralitica ante januam domus sue jacebat, multis an-
, norum curriculis fatigata, que nullo medicorum solamine po-
, terat liberari. Cumque diuturnis periculis ureretur, sollicitan-
, te illam Domino Jesu Christo, qui eam per famulum suum
, Agrippinum sanare disponebat: hec in mente illius, sicut
, ipsa postea letabunda professa est, religiosa exhorta est cogi-
, tatio. Nonne Dominus noster Jesus Christus pro salute ge-
, neris humani de celis adveniens, carnem assumere, crucifi-
, gi, & mori, descendere ad inferos, & resurgere dignatus est;
, ac deinde in celum ascendens iterum venire ad judicandum
, vivos, ac mortuos, & reddere sanctis suis premia sempiter-
, na credendus est. Si hoc ita est, & vera quia ita est: sicut
, sancta & universalis Ecclesia confitetur, & ipse promittere
, dignatus est, dicens amen dico vobis, quicquid orantes peti-
; tis, credite quia accipietis, & fiet vobis: quare diu tacens,
, fatigor; quare muta sileo? & non suppliciter obsecro illum,
, qui ut posceretur: ipse consilium dedit dicens: invoca me in
, die tribulationis tue, eripiam te, & magnificabis me, si hoc
, verum est, & veritas neminem fallit, deprecor illius miseri-
, cordia, ut me tantis afflictionibus aut dignanter eripiat, aut
, certe si digna non sum, veniam delictis tribuat, & desuper
, terram auferat me. Talia secum volvens, atque in fiduciam
, Domini salvatoris mentem corroborans, cum lacrimis invocare
, illum, & dicere: O Domine Jesu Christe creator animarum,
, & corporum, infirmantium restaurator, & merentium conso-
, lator, respice de celo, & vide, & visita me misera ad te
, clamantem, & de tua misericordia nimium presumentem. De
, te namque tuus propheta canit, dicens: erigit elisos, Domi-
, nus solvit compeditos. Hec ubi dixit, respiciens cominus,
, vidit beatum Agrippinum dignum Dei Pontificem venientem,
, cepitque illum fletibus compellare, ac dicere: Obsecro San-
, cte Pater per celi gaudia dantem subsiste paulisper: & gemi-
, bunde lacrimas intuere. Attonitus ad ista beatus Pontifex, ce-
, pit suadere, & consolationis solamina ministrare, ut quod vel-
, let seriatim insinuaret. Tunc illa, Diuturno, inquiens, lan-
, guore quassata, Dominum deprecari cepi, quo me aut de
, presenti periculo eruere, aut morti concite traderet. Inter
, hec

Furcillensis vox sit fort. aliquanto recentior; tum τὸ *Plat. Furc.* glossematis loco haberi volo. In ea regione, uti subjicitur, Agrippinus fuisse natus tradebatur.

(41) Quae hodie dum *S. Agrippini* nomen gerit. At hanc cave confundas cum antiquiore, quae vix distingui solet ab extramurana S. Januarii Ecclesia.

, hec autem te Dominum meum cernendo, ita sum animata,
, quasi ipsum cernerem Salvatorem: nec etenim interim me ta-
, lis cogitatio fefellit: ipse nimirum dixit: qui vos recipit, me
, recipit, & qui vos spernit, me spernit. Tu venerande Pater
, per ipsum Dominum te adjuro, ne amplius me sinas in hac
, calamitate morari, sed per merita sancta tua invoca dominum,
, & libera animam meam. Attentus autem Christi famulus, ele-
, vans in celum oculos, tendensque ad sidera palmas his verbis
, cepit exorare tonantem.

, O Deus omnipotens hominum plasmator opime,
, Totius mundi clemens Salvator & auctor,
, Non mea respicias delicta, sed anxia corda;
, Hujus contrite mulieris & annue munus,
, Sentiat unde tuam sanctam per cuncta medelam,
, Quo possit semper supplex tibi reddere laudem.

, Hec cum orasset beatus Pontifex, conversus ad paraliti-
, cam, dixit: Si tu me humillimum, & delicti pondere pres-
, sum, eam quam dixisti fiduciam flagitasti, ille Deus omnipo-
, tens, qui te compunxit talia fari, Ipse tibi salutis opem con-
, ferat ad laudem & gloriam nominis sui qui est benedictus in
, secula. Hec ubi dicta dedit, divino munere Sanctus appre-
, hendit manum paralitice, & dixit: In nomine Sancte &
, individue trinitatis surge. Mira Dei potentia, mira & inef-
, fabilis; & sicut propheta canit, magnitudinis ejus non est fi-
, nis. Ad istam vocem statim sana, & alacer surrexit, & quasi
, nichil mala perpessa fuisset, admirantibus cunctis Deo laudem
, dicere cepit.

, X. (1. *Lect. intra hebdom.*) Inter cetera autem miraculo-
, rum magnalia, que Dominus noster Jesus Christus per bea-
, tum, & gloriosum confessorem suum Agrippinum hujus no-
, stre civitatis Parthenopensis patronum, & antistitem patrare
, dignatus est, que vestra jam precordia spirituali jocunditate
, letificaverunt, & hoc ad honorem, & gloriam nominis sui,
, ejusdemque pontificis reverentiam, & vestre fraternitatis gau-
, dium, qui devote ad ejus sollemnitatem convenistis, pandere
, & clarificare congruum duximus, quod suis meritis in quo-
, dam viro, nomine Mauro mirabiliter operatus est. (2. *Lect.*)
, Hic namque vir temporibus beate recordationis domini
, Pauli (42) primi sanctissimi, & Senioris hujus sedis Episcopi,
, sive summi opificis protectione, ne in anime periculum incur-
, reret, sicut ipse Dominus per Prophetam asserit: Ecce ego se-
, piam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & per bea-
, tum

(42) Est ille S. Paulus Major aut Senior, qui statim post medium VIII. saeculi sedit. Aureus de hoc Episcopo hic locus est. De eo tum Par. II. pag. 172. tum P. III. p. 273. differui.

, tum Johannem in Apocalipsi: Ego, quos amo, arguo & castigo: seu quod amplius manifestum est, ut virtus curationis beati Agrippini ostenderetur in illo; paterna illum Dominus visitatione corrigens, decidit in valitudinem corporis, que greco vocabulo paralisis nominatur, adeo pregabatus, ut gressibus propriis moveri nullatenus posset. Nam necessitate aliqua cogente, dum pergere urgeretur, pessilis (43) in manibus per terram se veluti reptile pertrahebat: erat enim visu deformis, morti simillimus ac toto corpore dissipatus. Hic nimirum multis (44) curatis medicaminibus, deterior fiebat. Sola Domini Jesu Christi spes firma remanserat. (3. *Lect.*) Interea dum talibus periculis ureretur [45] & sedule dominum exinde flagraret; quia ut scriptum est: quis speravit in Domino, & confusus est? permansit in mandatis ejus, & derelictus est? accidit, ut beati Januarii preclara solemnitas adveniret, ad cujus venerabile corpus, dum multos occurrere cerneret, illius fretus auxilio, aliorum vectus manibus, illuc deportatus est. Cumque ad illius sacratissimum tumulum pervenisset, cepit cum lacrimis ejus exorare suffragium dicens: Non ignoro beate martir quantum valeant apud Deum tua merita gloriosa. Non dubito, imo fiducialiter credo: quoniam quidem tu es ille qui pro Christi amore fudisti sanguinem tuum.

, Ergo beate nimis deposcens obsecro Christum
, Quo mihi succurrens [46] dissolvat vincula seva.
, Que me conquassant, nocteque dieque fatigant.
, Non me diutius permittas talia ferre.
, O alme Pater Patrie, qui cunctis commoda prestas,
, Per Dominum exoro, per celi gaudia dantem.
, Qui tibi concessit celorum gaudia sancta.

, (4. *Lect.*) Hec ubi dicta dedit, ante sacrum tumulum recubans sopore depressus, vidit beatissimum martirem Januarium preclara voce se (*) vociferantem sibique talia proferentem.

, Cur me sic pulsas lacrimis hic nocte, dieque?
, Cur non ad modicum requiescis, fracte periclis,

 , Ne-

(43) In Lect. *Pessulos in manibus gestans, per terram* &c. Non est pessulus qui foribus obditur; sed est diminutivum a *πεσσὸς* (quo & Latini utuntur) notione medica, quo lanam conceptam aut quid simile notat. Quod qui humi reptabant, manibus subjiciebant. (44) In Lect. *Multis fomentis, multisq. curatus medicaminib.* (45) In Lect. *moraretur*: & mox pro *flagraret* est *flagitaret*. (46) Sic melius, quam sicuti in Lect. *Succurras, dissolvas*. Nam in his libellis a Christo semper opem aegri exspectabant, intercedentibus Sanctis. At tempore editionis lectionum jam in his minus castigare loqui coeperant. (*) In Lect. *Clara voce se vocitantem.*

, Nescis qui (47) de dubiis non dantur clara quietis.
, Ne sis infidus, quod suggero, perfice constans
, Accipe consilium, si queris pergere sanus.
, Pone diu flere, & sume solamina mentis.

, Cumque inquireret quis esset, & quod ageret, ut salvus
, existere posset; talia illi placide prestavit monita Sanctus.
, Ego sum inquit Januarius, sed scito prenoscens, quod non
, sanaveris [48] istic, nec meis meritis capies hic clara quietis.
, Ad tumulum pergens Agrippini fratris amandi.
, Illuc percipies, quod queris, crede Fidelis.
, Ille salutis opem prebebat dante Tonante.
, Cui est donatum a Christo tibi ferre vigorem.

, Expergefactus a somno homo ille miserrimus, martiris
, consilio animatus, & spe fidei roboratus, sancti, ac beatissi-
, mi Agrippini (49) tumulum adiit, & his cepit vocibus compella-
, re. (5. *Lect.*) O magne meritis Agrippine, ò Sancte Sacer-
, dos, magnus amice Dei, te queso, te postulo, tu michi per
, Christum sanitatis commoda prebe, qui te sacris meritis ad
, tan-

[47] In Lect. *Quod dubiis*. (48) Pro *Sanaberis*.

[49] *De antiquiore S. Agrippini basilica*.

Praeter eam S. Agrippini Ecclesiam, quae etiam nunc in regione Furcillensi a monachis Basilianis colitur [quae quandonam primum steterit, non reperio] fuisse antiquiorem aliam, quae sive ipsissima S. Januarii extramurana Ecclesia fuerit, sive una alteri proxime adhaeserit, jam supra innuimus Adnot. 41. Nunc hic me locus admonet, ut de antiquiore accuratius agam.

Et quidem jam pridem Chioccarellus in Agrippino, pag. 22. & Caracciolus in eod. pag. 361. monuerant, vetustiorem quam quaerimus S. Agrippini Ecclesiam non sibi videri fuisse aliam, quam quae Ecclesia S. Januarii extra moenia nuncupatur; & hinc factum, ut ea conjunctis nominibus *Ecclesia S. Januarii & S. Agrippini* olim nuncuparetur. Hoc enim Joannis diac. in Victore loco id firmari Caracciolus putat: *Hic* (Victor) *fecit basilicas duas foris civitatem Neapolim: unam longius ab urbe ad milliarium unum ante ECCLESIAM* (num. sing.) *B. Januarii Mart. & S. Agrippini Conf. ad nomen B. Stephani Levitae & Mart. & aliam &c.*

Ac primum, ut sincere agam, in veram loci hujus lectionem est inquirendum. Nam editio Muratorii (quam ex unico MS. Vatic. erutam is profitetur) non *Ecclesiam* sed *Ecclesias* praefefert. Verum ex adverso Blanchinianus catalogus (Par. I. p. 25.) *Ecclesiam* exhibet: *Unam ante Ecclesiam S. Januarii Mart. & S. Agrippini Conf. ad nomen S. Stephani*. Verum utrovis modo legatur, idem profecto erit. Nam certo certius puto, amborum Ecclesias ita sibi mutuo copulatas fuisse, ut modo una, modo duae pro-

, tantum provexit honorem. Non sum jam dubius, fidenter ista
, expecto Sancte. Martir enim Januarius haec mihi leta promi-
, sit.

Xx 2

promiscue dicerentur.

Ac sane eas sibi proxime adhaesisse, ex hac Mauri sanatione colligimus: qui ubi ad S. Januarii tumbam supplex procubuisset, ab eo ad S. Agrippini tumulum jubetur adrepere: Certe quod Agrippini Ecclesia non in vicino tantum sed etiam in continenti esset. Mox rursus media Lect. V. *Dum haec agerentur* [ad S. Januarii Confessionem] *subito a parte oratorii B. Agrippini magna.. vox resonuit*. Ex qua factum narrat, ut qui ad S. Januarium constiterant, statim ad S. Agrippini Confessionem accurrerint, plane ut animadvertas in eadem συνεχεῖς positam.

Quandoquidem ergo ab initio hi duo tutores Napolitarum fuere; decuit amborum Ecclesias sic intime copulatas stare, ut simul una simulq. duae communi sermone dictitarentur. In ea quidem quae B. Januarii peculiaris erat, S. Martyris corpus e Marciano sublatum S. Joannes I. [ut in Actis S. Januarii, quae extremo to. 1. Kalend. Marm. dedimus, legitur; non vero ut vulgo putant, S. Severus] recondiderat. Quae veto *S. Agrippini Ecclesia* vocabatur, in ea S. Agrippini *Confessio* [quae saepe nominatur in hoc libello] venerationi patebat, & in Confessione erat *Agrippini tumulus*, qui hoc loco memoratur.

Et ibi quidem usq. ad IX. saeculum Sanctor. duor. patronorum fuere tumbae. At nono ineunte seculo S. Januarii corpus Sico Beneventum abstulit: eodem vero medio Agrippini corpus [ne in extramurana basilica simili furto pateret] in Stephaniam S. Joannes IV. intulit in illa generali SS. Episcopor. translatione, de qua saepe disserui. Habes de duab. itemq. una duorum urbis Neap. patronorum basilicis.

Ante quam vero hinc abeo; ad locum Joannis diac. redeo. Duas ibi dicit extramuranas Ecclesias a Victore factas, unam S. Stephani, *Aliam* (sic enim apud eum sequitur) *in medio itinere, modicum discretam a PORTICV, euntibus partis sinistrae, ad nomen Beatae Eufimiae Mart. dedicavit*. Quamnam, rogo, hanc *Porticum* fuisse dixerimus? Equidem non dubito, quin non aliud fuerit, quam cujus etiam nunc supersunt vestigia; quae nim. longam porticuum (alibi conspicuarum, alibi sub aedibus superstructis latentium) seriem exhibet, quaeq. hodie vulgo *Anticaglia* vocatur. An id theatrum an amphitheatrum an gymnasii pars, an quid aliud fuerit, non potest nunc liquido demonstrari. Et quidem euntibus ad S. Januarii basilicam non aliud medio ferme itinere ab laevo latere quam porticus illa occurrebat, quae nunc *Anticaglia* vocatur: quam extra moenia tunc fuisse, non est dubium. Quamquam illud *Medio itinere* de S. Euphemiae basilica (quae a Porticu modicum aberat septentrionem versus) non de Porticu usurpatur. Et ut semel dicam, haec παχύτερον (*crassiuscule*) uti fit, a Chronographo nostro describuntur.

, sit. Exurge ergo in auxilium mihi, quoniam (50) hinc nisi sanus , exeo, donante gratia Christi per vestri meriti donum. Hec , interim agebantur, cum beati Januarii, ut prediximus glo- , riosa celebraretur sollemnitas. Tunc prefatus Pontifex do- , mnus Paulus cum omni clero, atque magnatibus, cum ymnis, , &. laudibus ad Ecclesiam (51) processit ex more, sacraque mi- , steria exultantes agere ceperunt. Dum hec agerentur, subito , à parte Oratorii beati Agrippini magna cum stridoribus vox , resonuit e cujus vocis inopinate admiratione magna ex , parte plebis, factus est concursus atque occursus. Descenden- , tes vero ad eius tumulum, invenerunt hominem, quem ante , adtractum viderant, & toto corpore alligatum, solutis geni- , bus, erectum stantem, ipsumque altare amplexu tenentem, , & osculantem, magnaq; cordis alacritate Dominum collau- , dantem, & beato Agrippino grates innumeras referentem. , (6. *Lect.*) Accedentes vero ad eum, ut quondam peractum , est de illo ceco nato, quem Dominus Jesus Christus illumi- , nare dignatus est, pre admiratione sospitatis in scrupulum ti- , tubationis inciderunt, nec ipsum qui erat credentes, eum ce- , perunt sciscitare dicentes: Tu ne es ille miser religatus ne- , xibus atris. Qui horridus, attractus jacuisti finibus istis. Qui- , bus ille, quare ex hoc dubitatis Karissimi. Cur ebitudo men- , tis texit precordia vestra. Numquid me luctuantem, & pro- , clamantem in doloribus non sepius conspexistis? solamenq; mi- , chi tribuistis? Latere quomodo valeo tanta diuturnitate pro- , visus? miserante (52) enim Deo, semper qui commoda prestat, , meritisque liberatoris mei domni Agrippini, jam sospitate , valens, jam valitudine tetra fugata, melius me vigere profi- , teor, quam nuper [53] cum sanus essem. Hec audientes omnes, , & potentiam Domini Jesu Christi mirantes, flere pre gaudio , ceperunt, dicentes: Gloria Christe tibi, famulis qui tanta , ministras. Qui tam mira facis gloria Criste tibi.

, Igitur cum moneretur sue sospitatis referre efficaciam, ce- , pit ilariter profiteri dicens. Cum nimiis doloribus quassaren- , tur viscera mea, asportari me feci ad beati martiris Januarii , Corpus, ibique precando illum, cum me monuisset ad sui , so-

(50) Lect. *Quoniam quidem non hinc nisi sanus exeo*. Recte. (51) Ecclesiam S. Januarii extramuranam intellige, in qua usq. ad initia IX. saeculi corpus S. Martyris requiescebat, antequam a Sicone surriperetur. Quoties autem Episcopus ad remotiorem Ecclesiam sacra celebraturus procedebat, ea processio eum clero, magnatibus, populo non sine hymnodia fiebat. Exempla moris hujus undequaq. suppetunt. (52) Lect. *Sed miserante Deo*. Ne versus cadat. (53) *Nuper* de remoto tempore. Antequam scilicet aegrotare coepissem.

, sodalis Agrippini basilicam properare, parui preceptis ejus, & huc deportatus sum, (7. *Lect.*) quem sepius deprecando, quando placuit Domino Jesu Christo; in hac videlicet sancta festivitate prelati martiris, non dormienti, sed clare vigilanti apparuit michi veneranda claritate, & pontificali stola ornatus domnus meus Agrippinus, stansque super me faceta hilaritate consolationis gratiam ministrabat. Interea, cum de tali visione animatus gauderem, audivi voces interius quorundam se invicem salutantium, & venerantium, ex quibus unus eadem claritate, & habitu, qua beatus Agrippinus, fulgebat adveniens, quem non dubito beatum fuisse Januarium, & simul juncti caritatis oscula sibi praebentes propriis se salutavere nominibus. (8. *Lect.*) Nec mora, unus me capite, alter pedibus apprehendentes, & trahentes distendere ceperunt. Sicque Deo miserante, ecce à periculo pessime valitudinis ereptus (54) glorifico Dominum Jesum Christum, & beato Agrippino laudes immensas refero; Inter hec autem ut fidem effectibus astrueret, cruenta genua ostendens, nervosque discoopertos preruptis pellibus ait: Si verbis non creditis, saltem operibus credite, & videte non cicatrices, sed cruenta indicia, & considerate, si vidit umquam talia quisquam, vel audivit similia. Hec letabundo corde referens stabat ante sacrum altarium, oleo perfusus candele (55) que luminis claritatem beati Agrippini basilice ministrabat. Nam dum se animadverteret sospitem, pre gaudio erectus, oleo (56) super caput suum fudit, nec tamen candela quassata (57) est. Et hoc si diligenter consideramus, non sine indicio percepte misericordie actum est. Nam grece heleos, latine misericordia nuncupatur, ut salvo (58) quod de Domino Jesu Christo dictum esse creditur, recte de illo Propheta diceret: unexit te Deus, Deus tuus oleo exultationis pre participibus tuis. Sic miserante Deo vir ille sanitate percepta glorificando Dominum Jesum Christum, & beato Agrippino gratias referendo letus, & alacer ad propria re-

(54) Hic in Lect. mendose *Erectus*. Sicuti contra circa finem Lect. V. legitur *Ereptum stantem*, ubi recte ex Corsin. posui, *Erectum*. (55) Lect. *Lampadis*: quae sunt synonyma. (56) Lect. *Oleum*. (57) Lect. *Nec lumen lampadis extintum est*. Sed Corsiniana lectio proba erat. Servius ad 2. Aen. v. 85. *Vas quassum, quod humorem in se non continet, & est vacuum*. Ab eo fit *Cassus*. Vult igitur *candelam* sive lampada non fuisse disruptam, aut alioqui quovis modo corruptam. Nam *Quassare* & *Conquassare* plerumq. in inferioris aevi scriptorib. est quidvis in suo genere deterius facere, perdere, corrumpere. Tamen Lectionum consarcinator quaedam voluit clarioribus permutare. (58) Lect. clarius: *Salvo eo quod*.

, remeavit. (9. *Lect.*) Hec nos fratres Kariſſimi audientes , & , intellegentes, non inaniter illa percipiamus , ſed cum affectu , pie admirationis acquiramus utilitatem anime per effectum ſan- , cte converſationis. Nichil etenim prodeſt auditio cum labore, , niſi adſit fructus boni operis cum Dei timore . Hic beatus , Apoſtolus anime languentis (59) prebendo medicinam , cum vidiſ- , ſet quoſdam promptos ad audiendum: & tardos ad faciendum , commonuit dicens : Non auditores legis juſti ſunt aput , Deum, ſed factores juſtificabuntur. Similiter & Jacobus: eſto- , te factores verbi, & non auditores tantum, fallentes voſmet- , ipſos . Proinde ſi juſtificari cupimus , ſi a peccatorum nexi- , bus liberari , cum in aliquibus infirmitatibus , vel a tribula- , tionibus preoccupati fuerimus, fiducialiter ſanctorum patroci- , nia imploremus. Credentes per omnia illorum nos ſuffragiis , erui , non ſolum ab incommoditate corporum , ſed etiam , , quod melius & ſalubrius eſt, a nexibus animarum , annuente , illo, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat Deus , per omnia ſecula ſeculorum. Amen (60)

, XI. His ita hilariter de priſcis temporibus prelibatis , , nunc opitulante gratia Chriſti , ea , que noſtris temporibus , geſta ſunt proſequamur. Regnante igitur Romano (61) & Con- , ſtantino Imperatoribus, & reſidente in ſede beati Petri duo- , decimo Johanne Papa , & in hac civitate parthenopenſe ter- , tio Preſule Athanaſio , & Johanne conſule ac duce , Gens , nefanda Agarenorum ex Africe partibus adveniens, hanc pre- , fatam Parthenopenſem Urbem navali prelio diverſiſque ma- , chinis & expugnationibus eam comprehendere conabatur . , Cumq; plurimis diebus ac noctibus atrociter expugnaretur , , etiam humanis optutibus, heu pro dolor! prope interitum eſ- , ſe videretur : nec aliquo conſilio vel amminiculo, niſi divino , uteretur auxilio, ad celeſte confugierunt conſilium dicentes : , Quare fatigamur, quare in vacuum laboramus, ad antiquos fu- , giamus patronos, ad amicos ſcilicet Domini noſtri Jeſu Chri- , ſti , Januarium , & Agrippinum , & illorum queramus auxi- , lium , ut ſicuti quondam a celeſti ira , & igne (62) Veſubii , noſtra patria mirabiliter liberarunt : ita in preſentiarum ab i- , gneis uſtionibus ethnice feritatis ſuis meritis ſanctis , nos redi-

, mo-

(59) Lect. rectius : *Hinc* .. *anime languenti* . (60) Ex hac clauſula intelligimus a Petro Subdiac. jam olim ſuperiora duo miracula fuiſſe conſcripta , & librum ſua clauſula conſignatum : deinde longo poſt intervallo h. e. aliquandiu poſt. ann. 960. (poſt quem ſequens narratio contigit XI. Miraculum fuiſſe perſcriptum. (61) De his chronologicis notis vide in Praefat. p. 334. (62) Hinc patet, Veſuvio monte deſaevien- te, pariter ad horum amborum ſuffragium recurri ſemper conſue- viſſe .

, mere dignentur; quoniam quidem ille Deus, qui dixit: Invo-
, ca me, in die tribulationis tue eripiam te, & magnificabis
, me: prope est Dominus omnibus invocantibus eum in verita-
, te, voluntatem timentium se faciet, & orationes eorum exau-
, diet, & salvos faciet eos. Custodiat Dominus omnes diligen-
, tes se, & omnes peccatores disperdet. Hec ubi dicta dederunt,
, luctuosis ac gemebundis vocibus uterque sexus, & etas illorum
, suffragia postulabant dicentes. O magni Patroni, o Christi Re-
, gis amici.

, Nunc citius succurrite, nunc quoque poscite Christum.
, Ne tantus populus manibus tradatur iniquis.
, Talibus excidiis clementer ferte levamen.
, Ut vos patronos placidos credamus habere.
, Et Dominum Christum laudemus tempus in omne.
, Mira Dei virtus, miraque potentia Christi.

, Talibus in precibus statim affuit consolatio Dei, & sicut
, scriptum est: Exclamaverunt ad Dominum dum tribularentur,
, & de necessitatibus eorum liberavit eos. Sanctorum precibus
, Christo annuente peractum est. Eadem itaque nocte, qua dies
, illucescebat, in quo opinabantur Ethnici prefatam capere Ur-
, bem, ecce adsunt beatissimi Ianuarius, & Agrippinus in vi-
, sione cuidam viro (63) eolico genere, qui obses inter eos de-
, tinebantur, & pro excidio Urbis cotidie plorabat graviter,
, sciscitantes, & dicentes: quare diu ploras, & fletu sidera
, quassas? quibus cum ille diceret: quia Christicola sum, nec
, possum sustinere necem populi mei, nec tantum affuturum cer-
, nere cruorem. Mox Sancti illum hylariter consolati sunt di-
, centes., Absit ut hoc facinus permittat celsa potestas.

, Credere ne dubites, vera est promissio nostra.
, A Christo missi portantes nuncia leta.
, Scito prenoscens, & porro pelle timorem.
, Urbs quoque non capitur, donante munere Christi.
, Qui nostris precibus, illam de fauce nefanda
, Eruit, & salvat clemens pietate paterna.

, Hoc cum audisset letus effectus grates retulit omnipoten-
, ti Deo, & sanctam pollicitationem sitibundo pectore cernere
, cupiebat. Igitur ut Sanctorum promissio compleretur, cum au-
, rora nocti finem daret, ecce apparatus adest pugnantium Eth-
, nicorum cum navibus terribilis, & orribilis: scilicet in medio
, habentium excelsas turres cum sagittis, & jaculis, in propriis
, (64) instrumenta prominentia, in quibus loricati, & galeati
, re-

(63) Frustra est ut moneam, *Aeolico* poetis idem esse quod *Graeco*. Pars pro toto genere. Erat unus ex Graecis Neapoli demorantibus. (64) Forsitan *Proris*.

, residentes equati muro Urbem invaderent : cumq; conglobati
, cum strepitu, & ululatu prelium inirent, & jam muris scalas
, ad pervadendum pararent, & civibus cum fletu, & gemitu
, orantibus, & dicentibus : Salvator mundi succurre, miserere
, celsa potestas, & meritis Sanctorum avorum (65) Januarii, &
, Agrippini disperge illos in virtute tua. Mira Dei virtus glo-
, riosa, & veneranda : protinus una ex navibus magna & emi-
, nentior ceteris cum omnibus instrumentis, & pugnatoribus in
, latere veniens in mari demersa est. Quo signo letifero, & am-
, mirabili adjutoris Dei omnipotentis, quod paratum (66) est ad
, invocationem Sanctorum Januarii, & Agrippini, omnes Christi-
, cole, totaque Civitas, tamquam de profundo pelagi, tam-
, quam de fornace ignea erepti Christo gloriam decantantes con-
, solati, & roborati sunt. Ethnici namque turpiter confusi, &
, devilitati sunt, & quanquam a mane usq; ad septimam (67)
, horam pugna horrida perseveraret, nullum dispendium Urbi fa-
, cere potuerunt.

, Interea opitulante gratia Christi, & Sanctorum suffragio,
, affuit & alia consolatio. Subito namq; & insperate terribi-
, lis, & tristior illis nuncius advenit : quod Christianissimi (68)
, Imperatores navale presidium destinarent, qui eos eorumque
, classes igneis ustionibus traderent. Qua ex re valde exterriti,
, & quid agerent penitus ignorantes, dum se viderent in arcto
, sitos, timore, & ebitudine perterriti, federis pactione, aurum,
, argentumque postulare ceperunt.

, Cives autem sagaciter considerantes, ut quoquomodo se-
, se, suamque Urbem redimere possent, omnia vasa aurea, &
' argentea sacri Episcopii eis protinus obtulerunt, ea videlicet
' pactione, ut certo tempore cetera eis xenia dirigerent, pre-
' dicta vasa continuo destinarent, quod & factum est. Illis au-
' tem obeuntibus, & fuge (69) presidia perquirentibus, magna tri-
' stitia exorta est Civibus, quod in festis diebus ignobiliter pro
' amissis vasis solemnia celebrarent. Igitur cum diutius Christi
, famulos Januarium, & Agrippinum exinde flagitarent, ap-
, paruerunt idem Sancti cuidam parthenopensi viro nomine Jo-
, hanne ornamentis pontificalibus induti, qui cum ab eo in vi-

, sio-

(65) Cor. *Amvorum* sive *amborum* (66) *Patratum*. (67) Locus pulcherrimus; ex quo intelligimus, decimo saeculo adhuc horologii antiqui rationem in usu fuisse, qua nox in horas duodecim, dies in totidem tribuebatur; ita ut extra aequinoctia horae dierum nunquam nocturnis aequales essent. At ineunte XIII. saeculo, ut ad finem Kalend. Tutiniani pag. 319. observavi, jam ab antiqua ratione discessum fuerat. (68) Orientis, de quibus initio : nam Occidentis Imperatores classe carebant. (69) *Ὕστερον πρότερον*. Ordo fuerat. *Fugae praes. perq. & abeuntib.* cor. *abeuntib.*

, sione scifcitarentur, qui essent, & quare sic concite propera-
, rent, responderunt dicentes: Nos sumus Januarius, & Agrip-
, pinus, & pro tristitia Parthenopensium Siciliam pergimus,
, quo vasa omnia nostre sedis exinde referamus, qua revelatio-
, ne exhilaratus idem parthenopensis, cum feriatim Civibus
, retulisset, mox freti Sanctorum patrociniis animadvertentes,
, quod solita protectione illorum munirentur, mox in Siciliam
, apocrisarium cum quibusdam amminiculis[70] remorum destinan-
, tes, mirabile dictu, sed non mirabile quia divinum, quoni-
, am quecumque vult Dominus facit: omnia vasa sine aliquo
, impedimento atq; dispendio percipere meruerunt. Quam ob
, rem tota Civitas de merore ad gaudium convenientes, in lau-
, dem Domini proruperunt.

, Gloria Christe tibi, Sanctorum gloria celsa.
, Qui tam mira facis, famulis qui tanta ministras.
, Qui tibi perfecte famulantes ad tua celsa
, Regna levans, nimium praeclaros esse dedisti.
, Ut tecum semper regnantes commoda prestent
, Afflictis populis, & gaudia leta ministrent.
, Ecce tuo sancto solamine Martir opimus.
, Noster obans [*ovans*] martir Januarius, atque Agrippinus
, Hostes adversos mergunt ad tetra profundi.
, Corda nefanda ligant, valeant ne sancta tenere.
, Nunc quoque sic nobis, ereptis hostibus atris,
, Vasa sacrata ferunt de sinu pestis inique

, Talibus igitur parthenopensis populus sanctorum Januarii,
, & Agrippini muneribus ditati, & jocundati magis magisque
, eis suppliciter famulari ceperunt: Credentes per omnia se
, semper & à presentibus, & futuris adversitatibus illorum ju-
, bamine tueri, & gubernari, opitulante utique illo, qui eos
, fecit viriliter pugnare, & vincere, & in Regno suo secum
, sine fine gaudere. Qui cum Patre vivit simul & cum Flamine
, sancto, Rex Deus immensus regnans per secula cuncta. Amen.

A D M O N I T I O.

Monendus est porro lector, ne haec miracula [sicuti & Agnelliana, & Athanasiana &c.] ad criticae severioris amussim exigat,

Y y *in*

(70) *Adminicula remorum* quid vocaverit, non intelligo. Forsan istud *Remorum* longioris vocabuli compendium fuerit, veluti *Remunerationum*, vel *Remissionum*, aut vero *Redimiarum* i. e. pretii ad redimenda vasa. In Glossis Cyrilli Λύτρα redduntur *Redimiae*. Pontius in vita S. Cypriani id vocavit paullo aliter *Redmium*. Itaq. forsan initio fuit *Adminiculis redimiorum*. At altera vox quia parum nota, mendis librariorum patuit. Ceterum fuisse de redimendis vasis cogitatum, ex superiorib. & ex versu hinc tertio constat.

in quibus summa simplicitas, cum solida pietate juncta, est potius exosculanda: in quibus cavetur semper, ne beneficia a Sanctis Dei famulis, sed potius a Christo sint exspectanda, deprecantibus Sanctis. Idq. perpetuum est. Ceterum sicubi in visis, aut alicubi aliquid forte paullo [71] *absonum occurrit, id aequi boniq. ducendum moneo.*

DE MONVMENTO IV.
Vitae longioris & Translationis S. Athanasii

D I A T R I B A
Qua ea duo opuscula corriguntur & illustrantur, partes vero eximiae adscribuntur integrae.

C A P V T I.
De libellorum duorum, quorum unus S. Athanasii vitam, alter ejus translationem & miracula continet, praestantia, auctore & aetate, qua fuere conscripti.

LIBELLORVM quos dixi duorum tanta est bonitas atq. ubertas, pulchritudo tanta, ut post amborum editionem a Bollandistis ad XV. Julii factam [quam doleo ex non optimo exemplari expressam, ac propterea foede mutilam atq. mendosam prodiisse] optandum sit, ut exsistat aliquis nostrorum hominum, qui eos integriores, & castigatiores, nec sine convenientibus adnotatis recudat. Interim vero dum quis hoc perfecturus prosiliat, non invitus feci, ut hanc Diatribam elucubrarem, cujus praesidio, quam cupimus iterata editio, accuratior & illustrior prodire in publicum queat. Atq. equidem potuissem multo plura addere nisi otium, & defatigato vires defecissent. Vel haec tamen ad acuendam famem satis lectori erunt.

I. Ac primum vitam S. Athanasii longiorem (*longiorem* autem dicimus comparate ad breviorem alteram Joannis diac.) & ejusdem ex Monasterio Casinensi Neapolim Translationem uni eidemq. auctori esse tribuendas, obiter a me dictum fuit in Dissert. de Cathed. unica p. 36. Nunc vero re tota ad trutinam exami-

(71) Cujusmodi non nullis id visum fuit, quod sup. pag. 349. initio Lect. 8. narratur: *Unus*, inquit, *me capite, alter pedibus apprehendentes . . distendere coeperunt*. Atqui haec visa Mauro illi, praesertim tam subito ac tam mire sanato, testificanti cur non habenda fides fuit? Quae cum scriptor in re-gestis narrata reperisset, eadem summa fide in suum libellum transtulit: nihil de suo nisi versus non optimos, sed tamen sponte fluentes addens. Ceterum circumstantiae locorum, temporum, personarum (quas accurate addit) fidem huic scripto summam conciliant.

minatâ, hoc tantum addo, non uno tempore haec duo opuſcula ab auctore ſuo ſcripta fuiſſe.

Ac principio gravis ἀντιλογία (*contradictio*) qua haec duo ſcripta laborant, ita ſolvenda eſt, ut ſimul diſcuſſioni propoſitae non modica lux affundatur. Nam in fine prologi, qui hiſtoriae Translationis praeit, ita ſcriptum reperio. *De cujus* (Athanaſii) *vita aliquid adhuc fari cupiverat animus. Sed in libello praecedenti de ejus vita & moribus, quantum iners ſtylus valuit rimari, ſecutum* (1) *eſt: nunc vero de ipſius miraculis & reverſione ejuſdem ſancti corporis ſermo texendus eſt*. Ex his verbis duo diſciſcimus. I. Ab eodem illo, qui vitam Athanaſii a ſe dedit, etiam Translationis libellum fuiſſe elucubratum conſtat. Nam eo illa ſeſe demittentis, ſuaſq; res extenuantis ſenſa pertinent: *Quantum iners ſtylus valuit* &c. Quibus demiſſionibus, ſi quidem alius vitam ſcripſiſſet, nullus fuiſſet locus. II. Vitam antea prodiiſſe, quam de ſcribenda Translatione auctor cogitaret, ex iiſdem verbis planiſſime elicitur.

At ex adverſo locus ex fine vitae ſuperioris afferri poteſt, ex quo Translationis hiſtoria ante vitam contexta fuiſſe videatur. Is quidem locus ab editione Bollandiſtarum abeſt: at vero reperitur in longiſſimo illo vitae Athanaſianae auctario, quod infra integrum exhibebimus ex codice Corſiniano. Ibi in fine vitae ſic legitur. *Si quis medullitus noſſe deſiderat, qualiter ſanctiſſimum ejus* (Athanaſii) *corpus a jam dicto monaſterio B. Benedicti Neapolim tranſvectum eſt.... & miracula quae tunc facta ſunt & fiunt uſq. hactenus apud ejus Eccleſiam ſcriptum inveniet*. Ex quibus vides, rejici lectorem ad alterum praecedentem libellum, qui de Translatione & miraculis egerit: nec certe alium, quam quem Bollandiſtae poſt vitam ediderunt; in quo de translatione & miraculis quam accuratiſſime agitur. Verum hoc ἐναντιοφανὴς [*apparens contradictio*] nullo negotio conciliabitur, ſtatim ac loco ſuo congrua adhibeatur diſtinctio in hunc modum: *Siquis noſſe deſiderat, qualiter* &c. *& miracula quae....fiunt uſque hactenus*; (nulla quidem poſt *Hactenus* in auctarii exemplo,

quod

(1) Aut ſcriptum ab auctore videtur, *Exſecutum eſt*, paſſive pro *Narratum eſt*; aut certe hoc ſaeculo *Sequor* pro Exſequor uſurpabatur, idq. etiam notione paſſiva. Niſi vero ſignificatio loci hujus pendet ab Ἀκολουθία (*ſequentia*) quae vox in ſcriptis liturgicis modo totum Officium, modo peculiarem ejus partem ſignificat. Nam quia praecedens vita Athanaſiana pro officii (Graece ἀκολουθίας) Athanaſiani lectionibus (quas in officiis anno 1525. editis, ex eadem vita totidem fere verbis deſumptas apparet) ſcripta fuit; idcirco forſitan ex fine ac ſcopo ſcriptionis illius manavit iſtud *Secutum eſt*. Sed iſtud, utpote exquiſitius, minus probo: prius illud malo.

quod doctiss. Rogerius ad me misit, distinctio visebatur: at certe distinctio requiritur, quam adpinxi) *apud EJVS* [Athanasii] *ECCLESIAM SCRIPTVM inveniet*. Non ergo ad illam Translationis historiam remittit lectorem, quae longulo post vitam tempore scripta fuit, quamq. Bollandistae ediderunt, sed potius ad Ecclesiae regesta, in quae tum Translationis, tum Miraculorum series stylo simplici scriptae referebantur, lectorem ablegat. Hinc quoque intelligimus, non tantum hunc Translationis & Miraculorum libellum ex iis regestis fuisse haustum, atque amplificatum; sed simili modo S. Agrippini & Agnelli Miraculorum narrationes ex paribus suarum ecclesiarum regestis fuisse arcessitas (quas Petrus subdiaconus saec. X. comptiore stylo exornavit) atque idem postea Albericum fecisse, & qui res Ephebi & Severi conscripsit, & ceteros hujus farinae scriptores. Ex hactenus dictis intelligitur, unum eumdemq; scriptorem prius quidem Athanasii vitam contexuisse, deinde post aliquod tempus etiam Translationis & miraculorum historiam emisisse.

II. Nunc illud scire operae pretium fuerit, ecquisnam hujus duplicis scripti auctor fuerit, tum quo saeculo vixerit. Ac jam diu est quod ea Athanasii vita Petro cuidam tribuebatur: quem quidem sub *Petri Casinensis* nomine laudat Baronius, ea fortassis de causa, quod Cardinalis doctiss. in codicem aliquem operum Petri illius Casinensis, qui XII. saec. floruit, incidisset, in cujus fine etiam haec Athanasii vita adsuebatur. Nec enim insolens est, ut in fine codicis, qui noti alicujus scriptoris opera complectitur, etiam alterius incerti opuscula adjungantur. Ceterum si verum amamus, hic, quo de agimus, auctor nihil minus quam Casinensis fuit: ut qui locis pluribus Neapolitanum se non obscure prodit utroq. in opusculo: in priore quidem ubi laudes Neapolitanae urbis a §. 3. ad 6. copiose exsequitur, quam & curiose describit; qui etiam §. 6. haec verba posuit, per quae se Neapoli degentem ostendit: *Civitas*, inquit, *HAEC* (nim. Neapolis) *Civitas pietatis & misericordiae est*: in altero vero, quod ita de Monasterio Casinensi loquitur, quasi externus, non quasi Congregationis ejus sodalis exstiterit: imo quod in ipso statim prologo §.2. se disertim Neapolitanis accenset: *Qui* [Deus] *NOBIS* [Neapolitanis] *B. Athanasii reliquias reddere dignatus est, in propriam illum sedem reducens, ut de tanto PATRE* [i. e. Episcopo nostro] *gratificemur*.

Fuere tamen alii nostratium bene multi, qui Athanasiana isthaec sub nomine *Petri* cujusdam, non quidem *Diaconi* sed *Subdiaconi*, laudarent: quid secuti, haud plane reperio. Nec enim credo id nomen eos in Mss. reperisse. Argumento est antiquissimus omnium codex Corsinianus, de cujus senio in praefatio-

tione ad Agrippiniana dictum fuit: a quo codice auctoris nomen abest. Sicuti aberat quoq. a Chioccarelli codice pervetusto litteris Langobardicis scripto, & ab eo qui in SS. Apostolor. bibliotheca asservatur. At, inquies, viris doctis, qui Petro subdiacono id adscripsere, styli forsan similitudo summa suboluit, quae inter Athanasiana ista interq. Agnelliana (quae certo Petri subdiac. sunt) intercedit. Verum tantam ego inter utraq. dissimilitudinem agnovi, ut vel si Petri subdiac. nomen in Mss. praefigeretur; tamen alium quemvis Petrum subdiac. Athanasianis hisce assignandum auctorem contenderem, ab Agnellianor. fabro diversum. Nolo hic adductis utriusque styli discriminibus fatigare lectorem. At illa interim disparilitas in quorumlibet oculos statim incurrit, quod Agnelliana & Agrippiniana illa, quae Petri sunt, eo prosae genere, quam versus meros dixeris, contexta fuerint; propterea quod versibus aut integris aut dimidiatis tota decurrunt. At in hisce Athanasianis nihil tale.

III. Jam vero ecquo pacto scriptor vitae & Translationis Athanasianae idem atq. Agnelli miraculorum esse potuerit, cum hic alter X. saeculo scripserit, contra vero Athanasianae vitae & Translationis auctor haud citius extremo XI. saeculo duo haec opuscula elucubrare quiverit? Et hoc quidem jam aliquot [2] argumentis mihi visus sum suasisse in Dissert. de Cathedrali unica Par. I. pag. 36. Nunc clariora plura ejusdem rei vestigia nactus, ea sect. seq. lectori exponam.

IV. At enim duo sunt, ex quibus hic auctor videatur vitam quidem antea scripsisse quam Athanasii corpusculum ex Casinensi Ecclesia Neapolim traduceretur, Translationem vero sive IX. exeunte saeculo, sive ineunte X. A priore objectione incipio. Nam in fine Athanasianae vitae §. 27. sic auctor posuit: *Sanctissimum* [Athanasii] *corpus condiderunt* [Casinenses monachi] *in Ecclesia B. Principis Apostolorum ... ubi exuberant multa mirabilia per eum ad laudem Domini nostri Jesu Christi VSQVE IN PRAESENTEM DIEM*. Ergo haec scribebat, dum adhuc reliquiae apud Casinates essent, h. e. ante annum 877. quo inde Neapolim translatae fuerunt. Nec aliter Bollandista Cuperus censuit, ut ex adnotatis ad hunc locum liquet: imo nec aliter Caracciolus tanto ante senserat: quem vide si tanti res erit.

His

(2) In Dissertat. de Cathedrali unica Par. I. pag. 36. paucis quidem sed satis luculentis argumentis ostensum fuit, hanc S. Athanasii vitam haud citius XI. saeculo fuisse scriptam. Nam quod Ludovico Imp. agnomentum ALMI tribuit, id non ante XI. aut XII. saeculum ei tributum fuit, nec nisi XI. aut XII. saeculo convenire possunt crebrae illae in Athanasiana hac vita de raro clericorum coelibatu querimoniae: praeter alia ibidem dicta.

his respondere possem, perennasse apud Casinenses miracula, quia partem reliquiarum apud sese retinuissent. Sed nolo cavillari. Ajo igitur istud *Vsque in praesentem diem* in sexcentis Sanctorum actis me deprehendisse praeter verum: quod non raro videtur a librariis additum. Vtut est, illud *Vsq. in praesentem diem* hic certe a posteriore manu adjectum fuit. Nam in Corsiniano codice omnium antiquissimo (cujus lectiones omnes ab editis variantes operâ Clariss. Constantini Rogerii nactus fui) nihil prorsus tale reperitur, nec aliud *ἰσοδυναμῶν* [*aequipollens*] legitur. Parum dixi. Nam in eo codice prorsus contrarium reperitur scriptum. Etenim ibi finis vitae Athanasianae longe copiosior quam in edito est. Id totum, quod in Corsiniano plus quam in editis legitur, infra exhibebitur quinque distinctum praelongis sectionibus. Ergo in fine ipso vitae in Corsiniano sic scribitur: *Siquis nosse desiderat, qualiter sanctissimum ejus corpus... Neapolim transvectum est post quinquennium... & miracula quae tunc facta sunt, & fiunt usque hactenus; apud ejus Ecclesiam scriptum inveniet*. Haec eadem verba supra num. I. explicata reperies. Ex quib. manifestissimum est, auctorem de iis tantum miraculis fecisse mentionem, quae VSQVE HACTENVS [h. e. usq. ad scriptoris aetatem] contigissent. Ceterum quicumq. is fuit, qui postea finem Athanasianae vitae in pauca contraxit, is quia supervacaneam translationis [de qua scil. libellus peculiaris subjiciebatur) mentionem putavit; illud tamen *Vsque hactenus* [quod re vera ad locum Neapolitanae sepulturae pertinebat] non negligendum putavit, sed ita ut ad prioris sepulcri locum, in quo cohibuit calamum, referret. Vides unde importunum illud *Vsq. in praesentem diem* originem traxerit. Ergo Athanasianam vitam statim post ejus obitum fuisse scriptam, falsissimum est.

Venio ad objectionem alteram, ex qua constare videatur, Translationis libellum haud serius exeunte IX. saeculo aut X. incipiente scriptum. Nam §. 8. in sanatione mulieris cujusdam, *Blattu* nomine, sic loquitur auctor: *Auditumq. perdiderat aurium, sed ut IPSA NVNC REFERT, ita obduruerant aures ejus, ut nullius clamorem... posset audire*. Adhuc igitur femina illa in vivis erat, dum haec scriberet auctor. Verum qui haec scripsit, cum plurima ex regestis miraculorum [de quibus supra num. I. dixi] sibi describi totidem verbis curasset; ex eo factum, ut illud, *Vt nunc ipsa refert*, quod integrum in regestis legebatur, incaute in hunc libellum irrepserit. Haec de aetate scriptoris hujus: qui non videtur saeculo XI. antiquior nec XII. recentior.

V. Ceterum non id mihi consilium est, ut libellos duos, de quibus jamdiu sum praelocutus, huc integros afferam. Nam cui bono eos integros lectori apponerem, quos tanto antea Bollan-

landifta Cuperus ad XV. Julii excudiffet? Tantum infignes duas lacinias fuo fingulas loco integras adfcribam : quarum una defcriptionem urbis Neapolitanae continet, altera vitae Athanafianae finem [prout is fcilicet in Cod. Corfiniano omnium vetuftiffimo eft triplo quam in editione Cuperiana copiofior] complectitur. Ceteris autem utriufq. opufculi partibus tum lectiones Corfinianas notabiliores, tum & notulas meas afpergam. Sed primum omnium a figenda utriufq. opufculi aetate exordiar. Nam etfi in Differt. de Cathedrali unica faeculo XI. aut XII. haec opufcula duo affixerim; tamen cum haec omnium opinione recentior aetas non nullis difplicuiffet; idem argumentum curis hifce fecundis ita retractabimus, ut ex novis detectis indiciis ad initia potius XII. faeculi, quam ad undecimi finem ea fcriptio referenda effe fortaffe videatur.

C A P V T II.

Novis aliquot argumentis conficitur, Athanafii vitam atq. translationem non ante XI. faeculum fuiffe confcriptas.

I. A R G V M E N T V M.

Non nifi ad exitum vergente faeculo X. Neapolitana Ecclefia jura metropolitica eft affecuta. Atqui, hoc auctore fcribente non tantum Neapolis jam metropolis erat, verum etiam initiorum conceffionis ejus memoria ita penitus obfoleverat, ut S. Athanafius (qui medio IX. faeculo fedit) pro metropolita fit habitus. Sic enim §. *6.* prope a fine in editis legitur: *Noftris nuper temporibus (Sanctiffimus Athanafius ejufdem urbis Praeful) in cunctis piis operibus ita carus exftitit Deo, ut* &c. Porro quae uncis inclufi, ea in codice Corfiniano ante quingentos annos fcripto [in quo exemplum omnium vetuftiffimum expertaeque finceritatis vitae hujus continetur] fic longe aliter fcripta funt: *Quidam vir ejufdem PROVINCIAE Praeful* &c. Abfurda, inquis, lectio, quia Athanafius urbis unius, non *Provinciae praeful* fuit. At equidem non, quid fcribere auctor debuerit, fed quid re ipfa fcripferit, quaero. Id vero non aliunde melius, quam ex Corfiniano omnium probatiffimo codice haurire poffumus. Nam in pofterioribus exemplis, cum error auctoris fuiffet animadverfus; ab erudito librario (qui fe criticum potius quam fidum amanuenfem gereret) correctus fuit. Hinc ergo intelligitur, hanc vitam nec exeunte X. faeculo, nec incipiente XI. [dum adhuc recentia dignitatis metropoliticae privilegia effent] potuiffe fcribi, fed exeunte undecimo aut etiam duodecimo faeculo, ubi conceffionis ejus omnis memoria ex animis excidiffet; ita ut vulgo crederetur, etiam IX. faeculo jure metropolitico Ecclefiam Neap. fuiffe infignitam.

Nec

Nec porro dixeris, hoc loco *Provinciae* vocem improprie usurpari. Nam primum quidem *Provinciam* (3) sermone ecclesiastico numquam aliter quam pro dioecesi aut territorio Metropolitani usurpatam reperies. Deinde quae hic *Provincia* dicitur, eadem in prologo Translationis §. 1. *Dioecesis* vocatur his verbis: *Qui* (Athanasius) *dum procul a sua Dioecesi obiret* &c. Ubi *Dioecesis* eâdem prorsus notione usurpatur. Nam aevo medio *Dioecesis* (4) idem prorsus quod *Provincia* significabat: dum interim peculiare cujuslibet Episcopi territorium modo *Parochia*, modo *Paroecia* vocabatur. Ac sero admodum id obtinuit ut vox *Dioecesis* pro episcopalis territorii ambitu sumeretur, sicuti nunc passim accipitur. Itaque siquis contenderit, locum scriptoris hujus

(3) Quinto saeculo Bonifacius I. PP. epist. III. *Per unamquamq. provinciam jus Metropolitanos singulos habere debere, nec cuiquam duas esse subjectas*. Saec. VIII. Pelagius II. PP. epist. 8. ait: *Provinciam esse, quae habet decem vel undecim civitates ... & unum Episcopum* (qui in vita Athanasii *Provinciae praesul* dicitur) *aliosq. suffragatores decem vel undecim Episcopos judices, ad quorum judicium omnes causae Episcoporum* &c. *referantur*. Et ubinam ea provinciae notio non occurrit in Conciliis, in epistolis Pontificum, & cujusvis generis monumentis?

(4) De vario *Dioecesis* significatu plura habes apud Justellum, Sirmondum ad Sidon. Lacerdam in Adversar. & alios. Notio vocis pro tempore ac locis varia fuit. Initio *Dioecesis*, ut in saeculari, sic & in Ecclesiastica politia plures provincias continebat. Contra vero in Africanis canonibus itemque Sidonio saepe pro unius episcopatus territorio accipitur: qua notione hodieq. usurpatur. At postea ea significatio, qua ea vox in Canone Calched. 27. pro integra provincia accipitur, praevaluit. *Unoquoq* (ait) *praedictarum Dioecesum Metropolitano eum Provinciae Episcopis, Provinciae Episcopos ordinante.. Ordinari autem praedictarum Dioecesum Metropolitanos a CPolitano Archiepiscopo*. Ubi vides *Provinciam* & *Dioecesim* pro synonymis haberi. Eaq. notio a saec. IX. ac deinceps praecipue invaluit. Hincmarus Remensis IX. saec. celeberrimus epist. V. *Dilectis fratribus & vener. Episcopis Remorum Dioeceseos*. Idem epist. ad Nicolaum PP. *Non solum Dioecesis, verum etiam parochia mea inter duo regna sub duobus Regibus habetur divisa*. Ubi vides archiepiscopale Hincmari territorium, qua metropolita erat, *Dioecesim* fuisse dictam, ejusdem vero Episcopatum vocari *Parochiam*, alibi *Paroeciam*. Gillebertus Lunicensis extremo saec. XI. aut procedente XII. *de Usu Ecclesiastico* sic definit Archiepiscopum: *Cujus ecclesia* (h. e. territorium) *subscribitur* (sive vocatur) *Dioecesis*. Idem & in Baldrico Noviomensi ejusd. saec. XII. Episcopo lib. I. c. 7. reperiri Cangius ait: qui & hoc addit. *Abusive vero postmodum appellati* [Dioeceses] *Episcoporum districtus, qui proprio vocabulo PAROCHIAE passim nuncupantur*.

jus (dum scil. Athanasium *procul a sua Dioecesi* obeuntem facit) de episcopali territorio, non de provincia esse intelligendum; nae is ad multo leriora tempora hunc scriptorem amandaverit: quod factum nollem. At verius est, potuisse haec duo opuscula extremo saec. XI. aut ineunte XII. scribi ab uno aliquo, qui nesciret, nono saeculo Neapolitanam Ecclesiam nondum metropolitica jura consecutam.

Huc etiam illud pertinet, quod idem hic auctor §. 4. *Neapolim* ita dictam fuisse tradit, quasi *Enneapolim* h. *Novem civitatum dominatricem:* quod non aliter potest intelligi, quam quod Neapolitana Metropolis novem Episcopos suffragatores aevo scriptoris hujus habuerit. Videbis infra nostras ad hunc locum (qui §. 3. exstat) animadversiones.

Ad ultimum nihil est causae quo minus huc quoque id referam, quod S. Athanasii successor Athanasius Junior ab hoc scriptore *Summus Pontifex* nuncupatur. Nam etsi scio a Baronio tum ad Mrolog. Rom. ad IX. April. tum etiam ad ann. 397. (a num. 58. ad 63.) plura cumulari veterum loca in quibus Episcopi simplices, qui nullos sub se Episcopos alios haberent, non tantum *Summi Sacerdotes*, sed etiam *Summi Pontifices* vocati fuerint; tamen ab Athanasianae vitae scriptore puto id sensu proprio fuisse usurpatum: I. quia *Summi Pontificis* titulus jamdiu in simplicibus Episcopis defierat: II. quia re vera hic auctor, ut modo ostensum fuit, falso putavit, tempore S. Athanasii metropoliticam dignitatem Neapolitano Antistiti convenisse. Locus hujus biographi in Translatione exstat §. 6. *Occurrit* (sacris S. Athanasii exsequiis) *summus Pontifex cum optimatibus* &c. Iterum §. 9. *Ibiq. summus Pontifex* (Athanas. jun.) . . *laudis sacrificavit hostiam*.

II. ARGVMENTVM.

Argumentum alterum ab opinionibus sumitur. Cujusmodi illud est, quod S. Asprenem Blanchinianus Catalogus itemq. Joannes diac. initio sui chronici (uti perspicue supra Par. III. in Asprene demonstravi) a S. Clemente fuisse Episcopum ordinatum ostendit. At vero S. Asprenis Acta illa antiquiora, quae p. 198. Adnot. 5. exhibui, quaeq. haud citius XI. saeculo fuisse scripta docui, Asprenem ab ipso Petro Apostolo Episcopum consecratum, tradunt: quod itidem ab hoc scriptore §. 5. affirmatur his verbis: *Beatiss. Petrus Apostolor. princeps Aspren sanctissimum primum ordinavit Episcopum*.

Adhaec de S. Agrippini patrocinio ea dicit hic vitae auctor quae paullo antea Petrus Subdiac. in Agrippini miraculis scripserat, ut in adnotatis ad §. 5. dicam. Nam ab eod. Petro subdiac. plura passim alia hunc Athanasianae vitae scriptorem arripuisse reperio.

III. ARGVMENTVM.

AEtas scriptoris hujus nono decimove saeculo recentior ostenditur etiam ex totius dictionis effigie, quae undecimo aut potius XII. saeculo videtur longe convenientior. Qui ad aestimanda ex stylo opera aures paullo tritiores habet, mecum, sat scio, conveniet. Nec libet hic locutionibus (5) excerpendis, quae dictam aetatem designant, tempus conterere. At illud praeterire nolo, quod cathedralis ecclesia ab hoc scriptore haud ferme aliter vocari solet, quam *S. Januarii templum*, sive basilica aut Ecclesia: quae appellatio non nisi saeculo XI. exeunte incepta [nec enim aliud antiquius ac disertius ejus rei testimonium Praecepto Henrici VI. anni 1095. reperio: quod antea ineditum publicavimus in Anteloq. ad Dissert. de Cathed. unica pag. XXX.] deinde saec. XII. & XIII. tritissima evasit: de qua vide in dicta Dissert. pag. 45. & seq. Id vero ipsum a me observabitur ad libellum Translationis Athanasianae §. 7. & 8. collatis cum §. 22. Hinc igitur facto indicio facilius est duodecimo quam undecimo saeculo aetatem scriptoris hujus assignare.

Nec alii saeculo ALMI cognomem Ludovico Pio tributum, ut antea dixi, favet: cujus appellationis exempla non nisi ex duodecimo saeculo suppetunt, quae in Dissert. de Cathed. unica protuli.

Postremo nihil est quod magis epocham scriptionis hujus XII. saeculo (non vero XI.) affigat, quam quod leprosos more XII. saeculi *Lazaros* nuncupet. Quae appellatio non nisi post captam a Francis urbem Hierosolymitanam incepit, h. e. post ann. 1099. Is locus pulcherrimus in vita exstat §. 5. quem ibi sua luce perfundemus. Ita tamen ad XII. saeculum hosce libellos duos referimus, ut tamen ea scriptio propior initio quam medietati ejusdem saeculi fuerit. Nam cum stante Neapolitano ducatu (ut ex *Neapoleos* etymologia, quasi *ἰσοπόλεως* fuerit, & aliunde ostenditur) haec elucubrata fuerint; omnino ante annum 1140. quo Rogerius Neapoli potitus fuit, eadem haec conscripta oportuit. Ac de aetate scriptoris hactenus.

CA-

(5) Nolo, uti dixi, recentioris aevi locutionibus detinere lectorem: cujusmodi multas afferre possem. Nam praeter ALMI cognomen quod Ludovico Pio Imperatori §. 7. ex more saec. XII. tribuitur (de quo vide dicta in Dissert. de Cathedr. unica) alia praeterea cursim notare potuissem, ut quod nomina plura feminarum ex more XI. & XII. saeculi in V terminantur (ut in vita §. 8. *Drosu*, & in Translat. §. 8. *Blattu*: de quo in ipsis locis) quod aedes sacrae (quae in IX. decimiq. saeculi scriptorib. *Ecclesiae*, *basilicae*, *oratoria*, numquam vero *Templa* nuncupantur) ab hoc auctore ritu XII. saeculi saepe *Templorum* appellatione donentur, praeter alia novitatis indicia, quae ultro praetereo.

CAPUT III.

Ex Vita Athanasii sectiones 3. 4. 5. 6. adscribuntur, quae Neapolis descriptionem & laudes continent: eaeq. tum Corsiniani codicis lectionibus, tum pluribus animadversionibus asperguntur.

§. 3. ITALIAM *partem esse Europae nobilissimam ac ditissimam, juxta trifariam Orbis dimensionem nemo qui vel ex parte Cosmographiam noverit, ignorat. Quae quidem in duabus* (6) *insulis & sexdecim dividitur provinciis, quarum septima nuncupatur Campania, frugum omniumque pomorum foecunda; quae sicuti ferax est, diversa proferendo fructuum germina, ita coelibes* (7) *& Deo dignos viros saepe produxit & educavit: inter quos Athanasius quasi novum sidus non mediocriter emicuit. Haec igitur Campania habet civitates decentissimas, & valde opimas:* (*ex* (8) *quibus una*

Zz 2

(6) Hae duae insulae Cupero Bollandistae negotium facessiverunt; cum praeter minores multas, Italicae majores insulae tres numerentur. Nec mihi videtur in provinciis minor difficultas: quas hic auctor sine insulis XVI. numerat: quod nec Augusti, nec Constantini divisioni congruit.

Verum post Constantinum extitit Paulus Warnefridi, qui aliam partitionem induxit, temporib. illis usurpatam. Is [lib. 2. de gest. Lang. c. 14. seq.] in XVIII. provincias partitur Italiam: quarum tres ultimas facit insulas tres majores. Hanc divisionem hic biographus secutus fuit, dum Italiam in partes XVIII. tribuit: nisi quod debuerat tres non duas insulas, in continente vero provincias XV. pro XVI. agnoscere. In hoc quidem aut falsus fuit; aut vero mos erat suo tempore Siciliam [quippe ab Italia, ex qua abscissa fuerat, perbrevi freto disjunctam] continenti Italiae assignare, ita ut duae tantum Insulae numerarentur, reliquae vero provinciae [ob adjectam continenti Siciliam] XVI. Ceterum quod Pauli diaconi divisionem hic vitae auctor adoptaverit (& quis non aevo posteriore eam sequebatur?) ex eo intelligitur, quod statim sequitur, ubi Campaniam *septimam* provinciarum facit juxta cum Paulo diacono, quem sequebatur viae ducem.

(7) Mire hoc in XI. ac XII. saeculum (quo tempore clericorum coelibatus rarissimus erat) convenit; sicuti & his paria, quae supra habentur §. 2. initio: *Non mirum . . . coelibem & Deo dignum virum etiam nunc reperiri:* ut ostendi in Differt. de Cathedrali unica Par. I. pag. 36. Nec enim citius XI. aut XII. saeculo scripta haec vita fuit, uti cap. superiore probavi.

(8) *De Etymologia NEAPOLIS mediae aetatis opinio.*

Hinc usq. ad *Condita*, omnia uncis inclusi, ut ab unoquoq. possint cum Corsiniana scriptura conferri, quae plura habet, ac talis est: *Ex quibus una est Neapolis, quae quo tempore vel a quo sit condita structore, a priscis & modernis historiographis reticetur: hinc conjici valet, universarum eam antiquissimam esse Italicarum urbium. Quod magis mirandum est, ita praep.*

una est Heneapolis, quae post civitatis Trojanae excidium ab Enea filio Anchisae & Veneris condita) ita praepotens & amoena est in structurae scilicet munitionibus, situ (9) suburbano, & Christicolarum interius degentium religione, ut in Hesperia post Romanam Vrbem nulli reperiatur esse inferior. Quae nimirum quantum sit egregia, Virgilius in distinctis versiculis sui epitaphii, quod sibi ipse moriens dictaverat, manifestat, cum eam Parthenopem hoc est Virginem, a quadam puella innuba, olim inibi degente appellaverit.

§. 4. [*Hanc* (10) *denique Octavianus & Constantinus Imperatores ampliaverunt: huius decori Belisarius*] *Patricius ex praecepto*

praep. &c. Hinc profecto, & ex sequentibus, ac maxime ex fine vitae (quem infra c. 6. triplo auctiorem dabimus) quid sibi in hunc auctorem licere librarii siverint, facile perspicies. At nostram lectionem secutus est Chioccarellus pag. 95. sui chronici: quem auctorem ex aliis quoq. locis satis mihi constat, apographo vitae hujus tali fuisse usum, quod ex Cod. Monasterii S. Severini (qui nunc Corsinianus est) exscriptum fuerat. Ceterum hunc locum mihi videtur corrupisse librarius aliquis, qui fabellam de Aenea conditore a se in Alexandro Telesino lectam huc infarcire studuit. Certe Alexander Abbas Telesini Monasterii (qui paullo ante medium XII. Saeculum res gestas Rogerii Regis quatuor libris complexus est) lib. 3. c. 19. haec habet: *Erat autem civitas ipsa* (Neapolis) *antiquissima, quam Aeneas* (a quo scil. etiam nomen, uti putavit, urbs acceperit) *cum illuc navigio transvectus applicuisset, primus fertur condidisse.*

Cetera Abb. Telesini, cum ad Neapolis descriptionem pertineant, huc afferam. *Cujus quoq. magnitudo praegrandis erat: quae a parte meridiana non solum murorum altitudine, verum etiam Tyrrheno mari munitur: a ceteris vero partibus excelsis moenibus roboratur. Quamobrem adeo ipsa inexpugnabilis constat, ut nisi famis periculo coartata, nullatenus comprehendi queat. Nempe hujus urbis dominus, olim Octaviano Augusto annuente, Virgilius maximus poetarum exstitit, in qua etiam ipse volumen suum ingens hexametris composuit versibus.* Scio immanes de Virgilio fabellas ab nostro Jo: Villano fuisse contextas: qui tamen nusquam eo labitur, ut Virgilium Neapolitanae urbis dominum dixerit. Hoc vero Telesini aetate fuisse creditum, hinc planissime discimus.

(9) In Corsin. rectius: *situ urbano*. Nam quibuscumq. inest gratia, ea omnia ἀστεῖα Graeci, Latini *urbana* vocant. At τὸ *Suburbano* quid hic facit? Paucis interjectis pro *Virgilius*, in Corsin. *Maro Mantuanus* scribitur.

(10) *Auctarium Corsinianum exponitur. De nostro ducatu Enneapolitano, & Neapolis etymologia. De aetate scriptoris hujus amplius.*

Quae pauca hic interposita uncis vides, ea in Corsin. longe plura & meliora sunt: a quibus tamen initio *Constantinus* sic abest, ut omnia ad unum Octavianum pertineant. Ergo in Corsin. sic prorsus legitur. *Hanc deniq. Octavia-*

vianus Augustus Neapolim jussit vocari, idest NOVEM CIVITATUM DOMINATRIX, & velut nonnulli asserunt, NOVAM CIVITATEM: quod quam sit absurdum, scrupulum movet: cujus enim ex voluntate nescitur initium, nova cur dici valeat, non facile animadvertitur; praesertim cum ab illo non sit putatur condita. Hujus namque amplitudinis ac decoris Bellisarius, & cetera ut in editis. Hoc vero additamentum, quia obscurum videbatur, posteriores amanuenses mutilarunt. Itaque dabitur opera, quo clarius evadat.

Mens huic auctori fuit ostendere, non aliam civitati nostrae interpretationem convenire, quam ut sit *ἐννεάπολις* h. e. (ut ipse reddit) *Novem civitatum dominatrix*. Hanc vero tantam suam *παραδοξολογίαν* (*incredibilem opinionem*) uti suadeat, satis habet vulgatam interpretationem (*novae civitatis* scil.) evertere. Quo enim pacto, inquit, *Nova dicenda sit, cujus nescitur initium?* quam non Octavianus, sed potius Belisarius condidit, h. e. amplificavit? Nam amplificatores, etiam conditores vocabantur. Ea mens biographo fuit. Id nunc quomodo ex ejus verbis efficiatur, videamus.

Sic vero incipit. *Hanc deniq. Octavianus Augustus Neapolim jussit vocari, id est NOVEM CIVITATUM DOMINATRIX, & velut nonnulli asserunt, NOVAM CIVITATEM: quod* (posterius) *quam sit absurdum, scrupulum movet: cujus enim* (*ex voluntate*) *nescitur initium, nova cur dici valeat, non facile animadvertitur*. Haec ultima (in quibus illud *Ex voluntate*, quod uncis inclusi, superfluit: nisi vero luxata sunt, ac sic reponenda: *Ex cujus enim voluntate*,) ergo haec ultima eo pertinent, ut neget, interpretationem nominis eam veram esse, quasi sit *Nova civitas*. At quae sequuntur, evertunt & illam opinionem, quam supra attulerat, de Octaviano conditore. Sic enim pergit Corsinianus codex: *Praesertim cum ab illo* (Octaviano scil. de quo supra) *non sit, uti* (istud *Uti* quod in Cod. deerat, necessario hic addendum duxi ad fulciendam sententiam) *putatur condita*. Negat igitur ab Augusto fuisse *conditam* h. e. amplificatam: deinde ejus amplificationem, quam Octaviano eripit, Justiniano acceptam refert his verbis: *Hujus NAMQUE* [istud *Namque* causam exprimit, cur Augustus conditor sive amplificator non sit dicendus ejus urbis, quam non nisi Justinianus ampliavit] *Hujus namque*, inquit, *amplitudinis ac decoris* (gratia) *Bellisarius patricius ex praecepto Justiniani* (&c. ut in editis, quae hic iterum exhibeo) *Imp. septem mirificas turres addidit* [harum septem turrium notitiam huic auctori debemus) *quas Augustales & ob numerum tetragonas* (in Corsin. sic: *Ob numerum achive* h. e. Graece *octogonas*) *hexagonasque fecit*. Istud *Fecit* tantumdem est ac *Nomen fecit* sive vocavit. Non fuit causa, cur Corsinianum auctarium, per injuriam ab amanuensibus mutilatum, lectori inviderem. Ceterum urbs nostra quam inexpugnabilis tunc habita fuerit, supra Adnot. 8. verbis Abbatis Telesini expositum vides.

Postremo ad miram biographi nostri etymologiam [ut Neapolis tantumdem sit quod *ἐννεάπολις*, h. e. *Novem civitatum dominatrix*] redeo. Eam quidem vocis originationem nemo non falsam esse

vi-

cepto Justiniani Imperatoris septem mirificas turres addidit, quas Augustales, & ob numerum tetragonas, hexagonasque fecit. Narsis denuo Patricius & Augustorum cubicularius, postquam Italiam, Wandalis & Gothis interemptis, eorum ab efferitate exuit, maximam in ea partem auxit, ita ut ex una (11) *parte maris illam muniret contiguo ob navium receptaculum, & tam firmissimo munivit aedificio, ut etiam onustae mercimoniis trieres a supereminentibus validissime tueantur. Sed cur immoramur in exterioribus aedificiis, quae utique melius a conspicientibus cernuntur, quam eloquentia cuiuslibet valeat sophistae fari? Quandoquidem ita interius frequentissimis Ecclesiis ac praeclaris, antiquae videlicet & ve-*

videt. Sed tamen ex ea etymologia tempus, quo haec vita scripta fuit, elicitur. Nempe elucubrata fuit, dum adhuc Ducatus Neapolitanus staret, imo & floreret: quem ducatum novem civitatum ditione tunc fuisse gavisum satis indicat. Nec tantum saecularem politiam, sed & ecclesiasticam eo ambitu donat, ita ut Neapolitana Ecclesia tempore scriptoris hujus novem suffragatores episcopos sub se habuerit. Hos quidem nominatim designare non queo. At certe satis frequentes in vicino episcopatus erant. Postremo, ut cetera taceam, satis diserte hic auctor S. Athanasium *Provinciae Praesulem* vocat. Vide hunc locum a me cap. superiore illustratum. Ex quibus efficitur, hunc scriptorem haud serius ineunte XII. saeculo ista scripsisse, antea scil. quam, Neapoli in Rogerii potestatem redacta, vix tenuis umbra reipublicae in ea aliquamdiu superfuit. Nec citius exeunte XI. saeculo haec eadem elucubrari potuerunt, nempe saltem centesimo circiter anno postquam ecclesia Neap. jura metropolitica sibi quaesiverat. Nam si decimo exeunte saeculo aut ineunte XI. huic scriptioni vacasset auctor; certe non ignorasset (quod tamen turpiter ignoravit) metropoliticam dignitatem fuisse S. Athanasio recentiorem, nec nisi vergente decimo saeculo Ecclesiae Neap. partam. Hinc vero vides, quam cito tunc temporis ex grassante barbarie rerum gestarum memoria dilaberetur. Nimirum intra centum & quod excurrit annos eo ventum fuerat, ut auctor iste, quam pridem Neapolitanus archiepiscopatus coeperit, crasse ignoraverit.

(11) Haec *una pars* exspectationem partis alterius ciet. Itaque quoniam exspectatione fallimur, haud aliud plane restat, nisi ut VNVS, sicut apud Italos, ita & hic quoque tantumdem quod *Quidam* sit. Crebro in his scriptoribus reperitur, *Vnus homo* pro *Quidam*, & similia. Videatur praeterea Hodoeporicon S. Willebaldi n. 14. 15. Quamquam ea locutio falso accusatur barbariei; cum etiam Matth. VIII. 19. legatur *Unus scriba* pro *quidam*, ubi Graece est εἷς γραμματεὺς, *Unus scribarum*. Haec, inquam, potius quam uti barbara damnes, ad γλῶτταν ἰδιωτικὴν [*sermonem plebeium*] referas censeo.

Ergo Narses, qui Neapolim moenibus ac turribus excelsis munitissimam reperisset, hoc tantum egit

vetustissimae structurae editis, nec non & monasteriis virorum, & puellarum farta retinetur, ut horum continuis precibus, nocturnis diuturnisque (pro *diurnisq.*) *adjuta, invictrix consistat, & tuta. Nam & introrsus binas* (12) *praesulum gestat sedes adinstar duorum Testamentorum; quamquam una sit quae eam gubernat, & regit reliquam, ut capite reguntur artus diversi.*

§. 5. *Reperiuntur plane in ea templa prisco constructa aedificio; quoniam non solum a Constantino piissimo Principe* (hic adde ex Corsin. *PRIMO*) *Augustorum Christianissimo sed plures ante an-*

egit, ut eam *Ex una* [i. e. quadam, qua scil. portus erat] *parte maris illam muniret* [in Corsin. *uniret*: quae lectio si placeat, tum *Contiguo* &c. tribues tertio casui] *contiguo ob nav. recept. & tam firm.* [hic τὸ *Munivit* importune inferitur] *aedificio, ut ... a supereminentibus* [munimentis a Narsete factis] *val. tueantur.*

Huc refer Telesini descriptionem, quam modo Adnot. 8. protuli. *A parte meridiana non solum MVRORVM ALTITVDINE* [hic auctor SVPEREMINENTIBVS uno verbo appellavit] *verum etiam Tyrrheno mari munitur, a ceteris vero partib. excelsis moenib. roboratur.* Deinde eam fame tantum domari posse praedicat.

(12) *Nodus olim in Differt. de Cathed. un. explicitus, paucis retractatur.*

Praesules non Episcopos, sed inferiores ecclesiarum praepositos hoc loco intelligi, planissime innumeris auctorum locis docui in Differt. de Cathedr. unica pag. 111. Quod doctis viris plane persuasi, non item semidoctis quibusdam. Necdum enim induxere animum, in interpretandis scriptoribus vocum notiones non ex usu hodierno esse petendas, sed ex eo qui tunc obtinebat. Simile quiddam & *Praelati* vocabulo contigit: quae vox hodie non de aliis usurpatur quam de Episcopis. Et tamen olim curiones & cujusvis Ecclesiae rectores, *Praelati* vocabantur: quod exemplis pluribus ostenditur. Adhaec non tantum Abbates sed & alii monachorum praepositi, tum *Praelati* tum etiam *Praesules*, & *Antistites*, sicuti & Abbatissae *Antistitae* dicebantur. Exempla horum omnium sunt passim obvia.

Ceterum quid sibi velit hoc loco auctor, quis non videt? Neapolim ab externis propugnaculis ubi laudasset; se recipit, ajens: *Sed cur immoramur in exteriorib. aedificiis*. Hinc ad intramurana h. e. Ecclesias & monasteria gradum facit. Mox ad intimam ipsam Ecclesiarum πολιτείαν (*administrationem*) transiturus, sic incipit: *Nam & introrsus binas praesulum gestat sedes* (h. e. duplices sive duum generum praepositura: duplicium autem praepositorum nomine Latinos Graecosq. intelligit qui sui oris Ecclesiis praeerant; nam & sect. seq. de Latinis Graecisq. loquitur) *ad instar duorum Testamentorum*. In iis porro quae sequuntur, sicuti in loco cit. Differtationis de Cath. un. p. 113. legendum esse praedixeram, ita prorsus & in Corsiniano reperitur: a quo & illud EAM importunissimum abest, & pro *Re-li-*

annos Christiana inibi religio floruit. Siquidem Beatissimus Petrus Apostolorum Princeps (13) *Aspren Sanctissimum primum* (*ibi*) *ordinavit Episcopum. Nam & Beati illius Agrippini Ecclesia* (14) *hactenus demonstratur, qui* (15) *quintus a supradicto Aspren Episcopus ordinatus est, quique & patronus* (16) *& defensor est istius Civitatis. Beatissimum quoque Januarium Christi martyrem* (17) *postea Neapolites meruerunt habere tutorem, quibus annitentibus, faventibusque praefata urbs Deo favente, tuta remansit* (imo *permansit*, ut in Corsin.) *manebitque in aevum; quoniam quasi duas firmissimas bases, duoque candelabra splendentia gloriatur se habere supradictos Patres eadem Civitas, duabus fulta alis, id est duorum Sanctorum fisa precibus. In qua laici simul cum* cle-

liquam scriptum est *Reliqua*. Quid *Reliqua* aevo sequiore designaverit, ibidem dictum fuit. Lege igitur: *Quamquam una sit* (Archiepiscopalis sedes: nam sub Archiepiscopis haec vita contexta fuit) *quae gubernat & regit reliqua, ut capite reguntur artus diversi*. Quodnam rogo in his omnibus duplicis episcopalis sedis vestigium? Qui haec tam facilia non concoquunt; eant: nec nisi pridianos scriptores lectitent, censeo: a paullo antiquioribus plusquam a Saliari carmine se obsecro abstineant.

(13) Haec de S. Asprene per B. Petrum ipsum Episcopo ordinato hic primum, & in antiquioribus S. Asprenis Actis [vide sup. pag. 200. Lect. V.] narrantur. Nam antea Joannes diac. & Catalogus Blanchinianus Asprenem a S. Clemente consecratum Episcopum docuerant. Sed potest (ut in S. Asprene dixi) inter utrosq. coire gratia, si dixerimus Asprenem a Petro ordinatum fuisse Presbyterum (qui tunc regendo pusillo gregi satis fuisset) mox a S. Clemente Episcopum. At hinc discimus, hunc biographum & Auctorem actorum Asprenis eodem ferme tempore floruisse.

(14) De qua supra in Agrippinianis nos ostendimus. Nimirum antiquior S. Agrippini Ecclesia, eadem atque extramurana S. Januarii basilica fuerat, aut verius ambae sibi mutuo proxime adhaerebant. At postea quam (ut in Agrippinian. diximus) altera ejus Ecclesia in Regione Herculensi sive Furcillensi stetit; haec posterior fraudi antiquioris cultui fuit. Et tamen eadem, dum haec initio XII. saeculi scribebantur, adhuc stabat, & in vetustatis argumentum intento digito, ut Noster ait, DEMONSTRABATVR. Atq. ea est pulcherrimi hujus loci sententia.

(15) Imo sextus ab Asprene fuit, si, quod nunc vulgo solemus, utrumq. terminum incluseris. At Noster sic ab Asprene numeravit, ut tamen Asprenem ipsum excluderet. Quod & ab antiquis usurpatum reperio.

(16) De SS. Agrippini & Januarii patrocinio sup. in Agrippinianis dictum fuit. (17) Quod Januarii patronatum posteriorem Agrippiniano facit, id nunc primum in hoc biographo legimus. Nihil tamen est causae quin id credatur; praesertim cum S. Agrippinus longe antiquior Januario fuerit. De his vide initio Miraculorum Agrippini.

clericis assidue Graece [18] *Latineque* , *communi prece psallunt Deo*, *debitumque persolvunt jugiter Officium*: *in qua etiam indigenae & inquilini non circumeundo domos in peregrinorum habitu stipem publice expetunt* , *sed loco quo* [19] *commorantur* , *omnia necessaria*, *quae* [Corsin. *quaeque*] *desiderant animo* , *abundantissime percipiunt* ; *& juxta praeceptum* [Luc. XIV. 13. 21.] *Dominicum praedictae Urbis accolae potius Lazaros* [20] *quaeritant* , *& exhibent largius* , *quibus indigent* , *quam inopes affluentum inquirant opes*.

§. 6. *Idcirco a multis crebro expugnata gentibus* , *& prius a* (21) *Wandalis*, *postremo* (22) *a Longobardis indesinenter oppres-*

Aaa *sa*

(18) De nostro Graecolatinae psalmodiae ritu plura dixi in Dissert. de Cath. un. pag. 116. n. 14.

(19) Haec verba , *Loco quo commorantur* , Athanasianum xenodochium indicant , quod in Atrio Stephaniae erat , quodq. postea Eugenius IV. hospitali Adnuntiatae donavit . Ac postremo cum ab Excellentiss. Civitate Neap. S. Januario ceterisq. patronis magnificentissimus Thesaurus , qui nunc est , aedificandus fuisset ; idem xenodochii Athanasiani locus ab Adnuntiata praedicta concessus in emphyteusim Communi excellentiss. Civitatis nostrae fuit. Vbi ergo nunc Thesaurus est, ibi olim id fuerat xenodochium : de quo haec vita infra §. 14. disertim loquitur.

(20) Hoc est leprosos . Locus illustris est : ex quo intelligimus , non ante initia XII. saeculi (uti cap. superiore Argum. III. hinc & aliunde colligebam) haec scribi potuisse . Nec enim nisi post urbem Hierosolymitanam anno 1099. a Francis captam , leprosi coepere *Lazari* nuncupari . Tunc enim extra Vrbem sanctam domus leprosis aedificata fuit cum Ecclesia sub nomine *S. Lazari* , uti memoratur in Monastico Anglic. to. 2. p. 397. & 399. Porro ab illo tempore in ceteris etiam Europae partibus ejusmodi leprosorum domus sub nomine S. Lazari statim instituebantur. In suburbanis Capuae adhuc celebre S. Lazari nosocomium in leprosorum curam durat. Hinc leprosis ipsis *Lazarorum* nomen haesit. Ea appellatio tum in eod. Monastico , tum etiam alibi saepissime occurrit . Charta anni 1146. in Miscellan. Labbei to. 2. p. 610. *Concedo Lazaris de Belloloco decimum molendini* . Statuta *Hospitalis S. Juliani* in Anglia : *Lazaros congregavit* &c. Porro leprosis istis ad manus erat ligneum instrumentum , quod ab auctore Mamotrecti his verbis describitur . *Instrumentum ligneum cum duabus vel tribus tabellis* , *quas concutit leprosus quaerendo panem* . Hodiedum Capuae in S. Lazari nosocomio leprosi aut ulcerosi ante fores ecclesiae nonnumquam quatiunt tabellas istas . Nec illud omittam, hodieq. Neapoli plebem imam *Lazaros* nuncupari : quod haud obscure indidem fluxisse videtur.

Ceterum [ne quid dissimulem] hic unus locus est , ubi Corsinianus non nihil incommodat : in quo *Lazarum* num. singulo legitur, plane frigide ac nullo commodo sensu : ut omittam quod hic numerus

sa per annos ferme ducentos [23] *inviolata persistit, & invicta ab omnium*

rus singularis parum respondet ei, quod statim subjicitur, *Inoper* &c Verum nos Corsinianum codicem ab antiquitate laudavimus, in primis vero ab integritate (cum posteriores sive mutilati sive a sciolis interpolati fuerint) at eumdem numquam a mendis immunem professi sumus. Mitto quod idem Corsin. a manu altera interpolatrice plures voces resictas habet. Videant igitur, quibus adeundi codicis facultas est, an non aliquis huic loco manus intulerit, & pro priore *Lazaros* obtruserit *Lazarum*.

(21) Non solos *Wandalos* intellige, sed cum Gothis conjunctos, ut sect. 4. prope ab initio dixit.

(22) Quid causae fuit cur Saracenos Neapolitanorum cervicibus assidue incubantes omisit? Apparet ex hac praeteritione Neapolitanos non tam de Saracenis de longinquo irruentibus, quam de Langobardis limitaneis hostibus & undequaq. circumfusis fuisse sollicitos. Jam vero quos hic *Longobardos* (cum O in primore syllaba) scriptos vides, eos Cam. Peregrinius cum vocale prima *Langob.* perscribendos esse monuit. Ravennae in marmore reperitur: CAROL. REGI FRANCOR. ET LANGVBARDOR. Nec aliter in authenticis Caroli M. diplomatibus, & antiquioris aevi scriptis legitur. Contra tamen in pluribus Mss. O retinetur. In primis autem in lapide Civitatis Novae prope Mutinam sic scalptum vidit Muratorius (in Differt. med. aevi XXI.) *Fundatore Rege piissimo Liutprand.* . . . . *LONCIBARD. tempore tranquillo & florentiss.* &c. quem titulum anno 716. scalptum putat. Ac scitum est A & O Teutonico sermone alternare saepissime.

(23) Cave haec ad priora referas, quasi si per ducentos tantum annos Neapolis a Langobardis infestata fuerit; nam ex quo Langobardi sub S. Reduce Episcopo urbem nostram circumsederunt (cujus obsidionis meminit Petrus Subdiac. in sua subscriptione, quam integram attulimus Par. II. in S. Reduce) usq. ad Paldulfum Capuae principem (qui post initia XI. saeculi Neapolitano ducatu per duos tresve annos potitus fuit) anni circiter CCCCL. numerantur: quo tempore universo a Langobardis incommoda plurima identidem haec urbs passa fuit. Ergo post τὸ *Oppressa*, ὑποστιγμὴ adhibenda est, ac tum demum, resumpto spiritu, quae subjicit nectenda sunt cum sequentibus in hunc modum: *A Langob. indes. oppressa, per annos ferme ducentos inviolata persistit.* Quaeras fortassis unde hi ducenti quietis anni sint numerandi. Non invitus eos a Duce Gregorio ordirer, qui initio decimi saeculi susceptis habenis, per triginta amplius annos miram tranquillitatem Neapolitanis peperit. Nec minus felix Joannis diuturnus ducatus fuit, aut Sergiorum duorum, qui postea sunt consecuti: nisi quod post initia undecimi saeculi longam securitatem Paldulfus Capuae princeps turbavit, occupato aliquamdiu Neapolitano ducatu. Sed eo mox exturbato, pax rursus secutitasq. refloruit usq. ad id tempus, quo haec vita scripta fuit, h. e. paullo ante extinctum anno 1140. duca-

omnium hostium concussione, quoniam Civitas [24] *haec, Civitas misericordiae & pietatis est, hinc inde vallata omni bonitate, quae quidem meruit tot talesque patronos habere apud Deum in exorando, merito hujusce modi debuit protectione tutari, ut & bonis exuberet opibus, & a cunctis exsistat adversariis illaesa. Quid ergo de structuris diversis diversa conamur astruere, vel de priscorum in ea civitate Sanctorum* (25) *copia ex praedicta prodeuntium urbe narrare tentamus, quorum conversatio est in coelis? quandoquidem nostris nuper* (26) *temporibus Sanctissimus Athanasius, ejusdem urbis praesul in cunctis piis operibus ita carus exstitit Deo, ut eius non immerito justorum* (*) *actis vita aequipararetur beata; cuius mores tunc verius retexuntur, si a progenitoribus ipsius exordium sumatur.*

C A P V T IV.

In vitae Athanasianae Sectiones sequentes undecim, a 7. ad 17.

HActenus prooemium potius quam vitae pars fuit: quae revera ab sect. 7. incipit. *Anno*, inquit, *Incarnationis . . . DCCCXXXV. Indict. XIII. Sergius quidam vir per omnia strenuus, Neapolitum de prosapia procerum ortus . . . . .* (florebat) *&c.* Magno apparatu annum 835. consignatum vides; nec tamen quid eo anno gestum sit, docetur; imo (quod magis mirabile) ne verbum quidem ullum sequitur, quod nutantem pa-

ducatum, Neapolitanis sese Rogerio dedentibus.

Quod siquis forte maluerit a Paldulfi Langobardi Capuae principis tyrannide extincta duo illa saecula numerare (etsi calculi constare non possunt: nam annos paullo plus CX. usq. ad Rogerium reperies) tum dicemus, hunc auctorem in iis, in quibus a scopo suo h. e. ab Athanasii vita digreditur, ἀϊστορησίᾳ laborasse. Verum quia grave est scriptori tam illustri detrahere; ideo priores calculos praefero. Nam Paldulfi biennalem tyrannidem, qua interrupta securitas fuit, susq. deq. habuisse auctor noster videtur.

(24) In his auctor se Neapolitanum prodit. Jam vero quae de civium suorum *misericordia*, *pietate* & *bonitate* praedicat, quam vellem hoc tantum caeleste donum, quod hereditarium a majoribus nostris accepimus, perpetuum per nos integrumq. ad posteros nostros transmitti.

(25) De priscorum Sanctorum copia partim hoc opusculum (quo tantum Episcopi sanctitate illustres continentur) fidem faciet; partim ingens aliorum Caelicolum non Pontificum numerus, quos aliorum curae relinquimus.

(26) Hoc loco tum alii, tum Bollandista Cuperus abutitur, ut ostendat, hunc scriptorem Athanasio aequalem sive supparem saltem fuisse. Sed hanc difficultatem in Differt. de Cathedrali unica Par. II. p. 36. exsufflavimus.

(*) Ordo: *Ut ejus vita beata* (i. e. *sancta*: sicut & *Beatitudo* in his scriptoribus pro sanctimonia ponitur) *non imm. aequip. actis justorum*: idest eorum, quos Scriptura κατ᾽ ἐξοχὴν *Justos* vocat, h. e. consummatae justitiae viros.

riodum fulciat. Cui incommodo Bollandista Cuperus [qui hos libellos duos vitae & Translationis primus edidit] uti mederetur, in fine periodi de suo addidit intra parenthesim; *florebat*: id quod aliis quoq. in locis factitatum video, quoties singulares voculas uncis inclusas reperies. Hoc autem loco nihil minus, quam *Florebat*, convenire potest. Nec enim ille solo anno 835. floruit, sed & superioribus, & sequentibus claruit: nec postremo annus tam exquisite consignatur, nisi ubi res aliqua singularis suo anno affigenda fuerit. Ac profecto circumspectanti omnia nihil aliud occurrebat, quod anno 835. gestum fuerit, quam quod in fine sectionis exponitur, nim. Sergii ducis, qui S. Athanasii pater exstitit, electio. Ergo tantisper dum codex aliquis, quid hinc exciderit, ostendat, addebam intra parenthesim aliquid, quo ea electio significetur: *Anno*, inquit, *Incarnat. J. C. Dom. N. exstante* 835. *Indict. XIII. Sergius quidam vir per omnia strenuus, Neapolitum* [Dux electus est] *de prosapia procerum ortus &c.*

Nolo tamen dissimulare, speciosam hanc supplendi rationem cum chronologia non stare. Nec enim anno 835. Sergius ducatum Neap. arripuit, sed aut anno 840. sive 841. [quantum quidem ex narrationib. Joannis diac. in S. Joanne IV. elici potest] aut biennio serius, si Vbaldi chronicon a Pratillo viro amiciss. editum sequamur. Etsi Joanni aequali aut suppari magis standum. Quae cum ita sint; aliud non relinquitur, nisi aut biographum Athanasianum inscitiae temporum accusemus; aut (quoniam hoc gravius videtur) alium supplendi modum ineamus. Porro circa annum 835. videtur Sergius Athanasii pater aut Cumano castello fuisse praefectus, aut uti dux exercitus belli administrationem nactus; aut verius Ducis Vicarius sive *Lociservator* fuisse constitutus. Horum certe aliquid anno 835. contigit [quod quale sit, in ima (27) ora exponimus] idque in textu supplendum videtur.

(27) *Loci Athanasianae vitae restitutio duobus modis tentatur. I. Videbatur id textui addendum, quod Sergius Cumano Castro, aut exercitui praefectus fuerit. II. Praefertur altera supplendi ratio, ut addatur Sergii anno 835. Lociservatorē factum. Quid Lociservator fuerit. De Lociservatorib. Neap. alio lector remittitur.*

I. Joannes diac. in S. Joanne IV. haec de Sergio S. Athanasii patre, post Contardi Ducis triduani necem electo Neapolitum Duce, narrat: *Ac deinde inito consilio, Sergium filium Marini & Eupraxiae* (en Sergii genitores, quos vita Athanasiana laudat, dum ait *Neapolitum de prosapia procerum ortus*) *libenti animo Ducem statuentes, veredarios Cumas* (forsan quod ei castello praeesset) *praemiserunt, qui eum festinarent Consulem fieri proficuum . . . Qui* (Sergius: qui nuper Beneventum jussu Andreae Ducis diverterat) *cum*(Benevento) *reverteretur; in Suessulano territorio audivit occisum Contardum. Ut autem exinde veritatem resciret, perrexit ad Cumanum ca-*

ſtellum (ſuae commorationis locum). *Hinc ergo vocato illo, Magiſtrum militum* (ſimulq. ducem & conſulem : ſunt enim ea tria ſynonyma) *praefecerunt*. Ex quibus intelligimus, Cumas Sergii ſtationem fuiſſe, ſive ut ei caſtello praefecti, ſive ut inde ad omnes rei bene gerendae opportunitates ſe promptum praeberet. Ergo loco illius parentheſeos, qua tamquam tigillo nutantem ſententiam ſuſtinebamus, nim. *Dux electus eſt* (quod quidem cum anno 835. componi non poteſt) vide an non praeſtabilius ſit interponere, *Cumano caſtello praefectus eſt* aut vero, *Dux exercitus electus eſt*, nempe inſtante diſcrimine: unde hac ead. ſectione infra dicitur: *Hic ergo non ab re ſalvator propriae gentis vocari poteſt* &c. Poſtremo quodcumq. id fuit, aliquod certe munus ei demandatum anno 835. fuit, quod in hac periodo ſupplendum eſſet, ſi certo quale id fuerit, teneremus.

II. Quamquam quid ultra moror? Quale id munus fuerit, quod ex hoc loco culpa amanuenſium excidit, jam mihi certo tenere videor. Nim. noſter hic Sergius Athanaſii pater, Ducis vicarius electus fuerat. Eo autem ſaeculo vicarii hujuſmodi Graecis *τοποτηρηταὶ*, Latinis *Lociſervatores* aut *Locum ſervantes* (ejus ſcil. cujus erant vicarii) vocabantur. Vox quidem Graeca apud noſtrum Lupum Protoſpatham corrupta occurrit in chronico anno 1018. *Ligorius*, inquit, *Tepoteriti fecit praelium*: & apud Anonymum Barenſem anno 1041. *Et Arduino Lanbardo intravit in Melſi, erat Topoteriti de ipſo Catepano*. Ex quibus vides *τοποτηρηταῖς* iſtis belli adminiſtrationem committi conſueviſſe. Vox vero Latina tritiſſima eſt tum in profana tum ſacra aevi medii hiſtoria. In lege Langob. (lib. 1. tit. 25. §. 78.) *Lociſervator Comitis*, aliter dicitur *Miſſus Comitis*. Sic *Lociſervator Praetoris* apud Julianum Anteceſſ. Apud S. Gregorium, *Locum Praefectorum ſervans*. Sic *Lociſervatores* (i. e. Legati) *Apoſtolicae ſedis*: & in Synodo Later. ſub Martino I. *Lociſervaturam ſedis Hieroſolymitanae arripiens*. Ergo, uti dixi, anno 835. Sergio illi non aliud quam *lociſervaturae* munus demandatum fuerat: quam a ſcriptore noſtro non ſine chronologicis notis anni & Indictionis conſignatam, amanuenſes praeteriverant, forſan quod ad inſolitae vocis (*Topoteretes*) conſpectum obſtupuerunt. Quamquam vel ea, quae hac ſectione reſtant [etſi ſatis perturbata ad nos pervenerunt] ſatis nos muneris ejus monent prope finem: *Frequenter*, inquit, *eorum* (Caeſarum) *regalia* (i. e. regiam) *adibat, ob infeſtationem jam dictarum gentium ſuam urbem ſaepe impugnantium*. Deinde & ea Noſter addit, per quae vocem ſive Graecam *Topoteretae*, ſive Latinam *Lociſervatoris* (quippe ſuo tempore inuſitatam) parum aſſecutus videtur, ubi *Lociſervatorem* (qui re vera *Vicarium* ſignificat) pro *Salvatore patriae* accepit. *Hic* (Sergius), inquit, *non ab re SALVATOR propriae gentis nuncupari poteſt, per quem populus & civitas ab obſeſſione immunis efficitur*. Quo etiam illud pertinet, quod ſupra Sergium noſtrum cum Moſe populi ſui ſalvatore contulerat. Poſtremo nequis ſuſpicetur, *Topoteretae* aut *Lociſervatoris* ſive munus, ſive vocabulum apud Neapolitanos minime uſitatum fuiſſe; ſciat ejus mentionem reperiri in Bonito Eccle-

ſiae

tur. Sed & cetera sectionis hujus perturbatissima sunt. Tamen ubi Sergii laudes satis confuse exposuisset; tandem ejusdem electionem in Ducem unanimi consensione factam subjicit.

Sectio 8. sic incipit: *Sed ut paululum stylus retrovertatur &c.* Nam scriptor ad ea retrogreditur, quae ante ducatum contigerunt, nim. ad conjugem nomine (28) *Drosu* sibi copulatam, ad copiosam subolem procreatam, in primisq. Athanasium: quem mater antequam nasceretur, Deo obtulit.

De Athanasio vero §. 9. sic orditur: *Hoc itaq. orto decima Indictione* (triennio scil. ante quam genitor susciperet munus illud, ei Indict. XIII. delatum, de quo in Adnot.27.) *regnante* &c. Ex his intelligimus, Athanasii natales in ann. 832. incidisse, decima scilicet Indictione. Porro cum anno 872. post annos XXII. in cathedra exactos ad caelum evolarit; ex eo sequitur, S. Athanasium annos in totum XL. vixisse, & eumdem annos XVIII. natum ex Diacono Episcopum fuisse factum: de quo vide hunc auctorem ad finem §. 26. Mox ante medium: *Confestim igitur supradicto Pontifici* (S. Joanni IV.) *jam fatus ordinatus* (pro *ordinatus*)

siae Neapolitanae subdiacono in Prologo Actor. S. Theodori Ducis, his verbis. *Ex quibus solertissimis ac studiosiorib. viris Gregorius PARTHENOPENSIS LOCI SERVATOR, non solum industriam, verum & originem trahens (qui videl. nepos ac proles, frater ac patruus exstat Parthenopensium ducum) . . . . . me Bonitum indignum subdiac. Ecclesie Neapoleos compulit, quatenus S. Theodori gesta potiori serie pertractarem*. Scio quidem non defuisse, qui Gregorium istum Locisservatorem pro illo Gregorio Archiep. Neap. qui anno 1116. sedebat, acceperint. At ego longe alium fuisse censeo, nec Archiepiscopum, sed laicum *Topotereten*, quem hactenus descripsimus. Id vero a me (ne hic longum faciam) in auctario, quod huic capiti subjiciemus, demonstrabitur.

Interim ne dubita, quin ex hoc biograghi nostri loco exciderit aliquid, quo declarabatur, Athanasii patrem anno 835. *Topotereten* fuisse electum: eam vero vocem, utpote insolitam, a librariis, non modo non intellectam, verum & comma integrum eo pertinens fuisse praecisum.

(28) Hanc jam antea Joan. diac. in Athanasio *Drusu* vocaverat, pro quo male in notis Muratorius *Drusae* adprobat; & ante hunc Ughellus *Drosam* aut Dosam nuncuparat. Tu cave quidquam mutes. Nam incredibile est quantopere Neapolitanae feminae nominibus in V terminatis (maxime post X. saeculum) sint delectatae. In libello Translationis *Blattu* est alterius feminae nomen: quod idem in Agnelliano miraculo 23. occurrit. Prologus actorum SS. Eutychetis & Acutii ab Raynerio auctore suo inscribitur *Serenissimae . . . religiosissimae Grusu*. Quid moror? Sunt apud me chartae quaedam XI. & XII. saeculi, ex membranis Capituli Neap. descriptae, in quibus tertio quoq. versu mulierum nomina in V desinentia leguntur.

natus cor. *traditus*, uti recte in Corsin.) *est puer*. Hinc Joannes *Nutritor Athanasii* perpetuo audivit. Mox post versum unum in Corsin. legitur: *Et videns eum* (puerum) *elegantem*, *gratiamq. in eo adesse caelestem*: pro quibus in editis plura infarta videmus. Sub haec Athanasius factus Subdiaconus legitur (& quidem, uti mox ostendam, admodum puer) nec tamen id ministerium renuisse: idq. in magnae demissionis animi specimen affertur.

Sectio 10. plura notabilia continet. I. Athanasium constat decimo aetatis anno fuisse Subdiaconum factum; quia septem in subdiaconatu annos, in diaconatu menses XIV. exegerat, quo tempore anno suae aetatis octavodecimo evasit Episcopus. II. De Joanne Episcopo eum ordinante Diaconum scribitur: *SEPTIMUM in eadem Ecclesia* (Cathedrali) *LEVITAM SVBLIMAVIT*. Quot verba, tot antiquitatis vides signata vestigia. *Septimum* dicit; sicuti hodieq. septem sunt in nostra Cathedrali canonici Diaconi. Imo & ab antiquo totidem in plurimis Ecclesiis erant: quod ab ordinatione primitivorum Diaconorum in Act. Apost. manavit. Deinde *Levitam* vocat: sicuti contra Subdiaconi a Petro subdiac. in Agnellianis vocantur Nathinaei. III. Hinc quia in lege vetere decorum erat Levitarum munus, Nathinaeorum contra servile; ob eam causam Athanasius in admittendo & exercendo subdiaconatu humillimam demissionem animi praesetulit, uti §. superiore dicitur: parem vero modestiam in Diaconatu exhibuit, dum ex accepto Diaconatus fastigio tumore nullo inflatus fuit, quod toto hoc §. amplificatur. Vtinam non olim aliquando Diaconi in nonnullis Ecclesiis majorem ipsis presbyteris dignationem sibi arrogassent: de quo conquerebatur Hieronymus: adeo id malum antiquum fuit.

Initio §. 11. sic scribitur: *Expleto igitur* (ab Athanasio) *in levitic*a*li officio anno uno duobusq. mensibus.. Joannes* (IV. Episc.)... *diem clausit extremum*. Ex hoc loco possemus menses aliquot sedi S. Joannis IV. admetiri supra summam ei ab Joanne diac. & catalogo Blanchiniano tributam. Nam ab utroq. S. Joanni haud plures quam anni VII. menses IX. dies XXII. (sive ut paucis dicam, anni VII. menses fere X.) assignantur. At si veri sunt biographi istius calculi, aliquanto diutius sedere debuit. Etenim initio §. 10. Joannes post *septem continuos* subdiaconatus annos ab Athanasio decursos, eum ad diaconatum promovit. Obiit autem postquam Athanasius menses XIV. in Diaconatu ministrasset. Ex his colliguntur anni VIII. menses duo. Porro non est credibile Joannem vix adito pontificatu statim fecisse Athanasium subdiaconum. Itaq. facile Joannes ferme annos IX. sederit. Tamen antiquioribus (nim. Joanni diac. & Blanchiniano) maior est adjungenda fides, quam huic biographo, qui post duo ab illis sae-

saecula scripsit. Prope ejusd. sect. finem, remotis fulcris, quae Cuperus uncis interposuit, sic ex Corsin. restitues: *Non valeremus cotidianam conversationem, illiusq. spem semper fixam in Domino (saltem de plurimis pauca) retexere*. Illud παρεντιθέμενον *Saltem de plurimis pauca* per se stat; ideoq. interponi debet, ne sensum turbet. Versu ult. ex eod. Corsin. scripturae locum sic restitue: *Testimonium habere bonum etiam ab his* &c.

Sectione 12. v. 3. *Divini vero dogmatis peritia ita* (Athanasius) *erat instructus, ut in LATINO nulli foret secundus*. Oedipode hic opus arbitror, ut auctoris mentem expiscemur. Quid enim *Latino* cum divinis disciplinis commune? Juvat hic egregie Corsinianus, qui pro *Latino* scriptum habet *Palatio*; modo tamen intelligas, quid hisce temporibus *Palatia* fuerint, & quo valuerint. *Palatium* erat regia Principis, in quam optimates & omnes ordines conveniebant, ut *placita* h. e. conventus celebrarentur ad publica negotia expedienda. Itaq. in diversis regni locis hujusmodi palatia erant, uti *Palatium Aquisgranum*, *Attiniacum* & tot alia in Francorum principatu celeberrima. Ad hosce vero conventus sicuti laicis optimatibus [quorum *Optimatium* nominatim in Neapolitanis monumentis crebra est mentio] ita & multo magis Episcopo patebat aditus: quod de Athanasio infra disertim hic auctor memorat. Ergo Athanasius tam eruditus erat, ut in sententia in Palatio dicenda nulli esset secundus. Et jam quidem ope Corsiniani sanitatem loco desperatissimo ferme recuperavimus. Sed restant adhuc morbi reliquiae. Nam quid quaeso *divini dogmatis peritia* ad dicendam in senatu sententiam conferebat? Jura potius legesq. patriae ediscendae Athanasio fuissent ad suam in conventu sententiam suadendam. Ita sane. Itaq. is ultimus gradus ad percurandum hunc locum erit, si ex lectionibus duabus conflat una; ac sive τῷ *Palatio* ex editis addas N, sive τῷ *Latino* [quod edita praeferunt] primorem syllabam quae exciderat, ex Corsiniano restituas. Quid enim pulchrius? *Divini dogmatis peritia* [h. e. divini juris peritia] *ita erat instructus, ut* [etiam] *in PALATINO* [jure] *nulli foret secundus*. Id *Jus Palatinum* intelligit, quod in Palatio Neapolitano valebat, nempe idem quod & in Nova Roma colebatur, puta uterq. Codex, Novellae, Constitutiones, & siqua Pandectarum florilegia ad eum diem prodierant. Nec enim tunc temporis Neapoli locus ullus legibus Langobardicis aut Salicis fuit. Hinc ergo discimus Jus civile Neapoli tunc temporis *Jus Palatinum* fuisse appellatum.

Statim ibid. sequitur: *Ecclesiam NAMQVE . . . omnimodo interius exteriusve inopem reperit*. Cave illud *Namq.* αἰτιολογικὸν (*causale*) putes; quod in hisce scriptoribus raro nexum ullum cum superioribus habet, ac potius transitioni servit; sicuti etiam

Nam,

Nam, *Enim*. Pergit : *Quo viriliter agonizante* [h. e .dante operam : in his enim scriptoribus *Agonizare* est Niti , laborare] *tam in divinis quam in mundanis* (haec duo respondere voluit τοῖς *Interius exteriusve*) *adeo aucta est* &c. Hic unus ex illis locis est , quae amanuenses in pauca contraxerunt . In Corsiniano sic scribitur : *Quo viril. agon. tam in clericis officialibus* (h. e. qui officia divina persolverent) *ac divinorum libris dogmatum* (in ditanda scil. Ecclesiae bibliotheca) *quam & in cunctis ex intimis* [h. e. patrimonialibus] *opibus adeo* &c. Infra : *Carnem ab ore suo abstulit funditus , & tantum praecipuis festis aliquid . . de volatilibus accipiebat*. Tritum est, volatilia istis temporibus vili habita fuisse, in tantum ut etiam quibusdam in locis diebus jejuniorum in cibum loco piscium assumerentur.

Sect. 13. *Ferventius* [recte in Corsin. *frequentius*] *per SEMET artus proprios tam graviter caedebat* &c. Habes jam ab ipso nono saeculo voluntariae flagellationis exemplum singulare : quae deinde XI. saeculo ac deinceps familiaris evasit . Nec enim dixeris , hunc auctorem (quem plane sincerum ac veritatis studiosum habeo) pleraq. adjecisse de suo ex moribus sui saeculi . Nam contra videntur auctori huic veteres memoriae patuisse , ex quibus profecerit ; praesertim qui circumstantias historicas minutim persequatur , quas vix est ut quis ex ingenio fingere sustinuerit . Etsi, fateor, interdum ex more saeculi loquitur.

Sect. 14. Sic incipit . *Constituit Sacerdotes HEBDOMADARIOS* [cave illos XXII. accipias , qui nunc in Ecclesia Neap. id nomen gerunt, quippe qui haud antiquiores 415. annis sunt , ut copiose ostensum est in Differr. de Cathed. unica Par. II. verum intellige Canonicos Presbyteros Cardinales VII. qui adhuc sunt] *in Ecclesia DominiSalvatoris*, *quae Stephania vocatur* [quaeque post erectam hodiernam Cathedralem coepit vocari *Sancta Restituta* , ob illatas scil. S. Restitutae reliquias ex antiquiore ejus nominis ecclesia] *qui in ea continuis diebus publicam Missam celebrarent* , *sicut mos est Ecclesiae Romanae* : in qua nim. septem Episcopi Cardinales quotidie Missam in basilica Lateranensi celebrabant , ut in ead. Differt. antiquorum testimonio ostendimus . Id imitatus Athanasius Presbyteros Cardinales septem in Ecclesia Neap. idem facturos instituit.

Post pauca : *Ecclesiae vero Sanctae Restitutae* , *quae a Constantino Imp. condita est* (pro his plura admetitur Corsin. hoc modo : *A Constantino primo*, *Augustorum Christianissimo* , *ut fertur* , *condita est* : quae verba in Differt. de Cathedr. unica declaravimus) *connectis utrosq. Joannem Bapt. atq. Evangelistam* , *& custodem cum officialibus clericis* [nim. Officia persoluturis] *ordinavit* , *resq. illic ad praesidium eorum largitus est*.

Noli hic hodiernam *S. Restitutam* accipere [quippe quae non ante quadringentos & quadraginta fere annos id sibi nomen quaesivit, antea vero *Stephania* erat ac dicebatur] sed aliam vetustiorem S. Restitutae Ecclesiam, quae in portico Sacelli S. Mariae de Principio olim (29) erat.

Prope a fine: *In insula Salvatoris vocabulo cognominata* (hodie *Nisita* : de qua exstat nostra Diatriba, in qua & hic locus enucleatur) . . . *unum* (monachis, qui, ut proxime dixerat, sigillatim in dispersis cellis degebant: ex quo etiam insulam Castro ovi spatiosiorem fuisse ostenditur) *unum*, inquit, *super illis vice pastoris in coenobio* (postea) *degentibus Abbatem constituit* : cui forsitan fuisse *Antonio* nomen, ex §. 20. constat.

Sectio 15. Sic exorditur: *In Ecclesia . . . Martyris Januarii, quae JVXTA memoratae urbis moenia condita est, quae MAGNA a civibus nuncupatur* &c. Pulcherrimus locus est, ex quo plura discimus. I. Quod extramurana S. Januarii basilica *Magnae* cognomen habuerit. Cur? quia e contrario Athanasiana [quam teste Jo: diac. in Cathedrali Athanasius fecerat] *Parva* & cubicularis erat : ad cujus discrimen merito externa illa vocabatur *Magna*. II. Cur *juxta moenia* fuisse dicitur, quae notabili intervallo a moenibus aberat? Plane quia inter moenia & basilicam illam aedificia nulla, sed campus ingens intercedebat : qui *Campus Neapolitanus* vocabatur [quam nomenclationem habes supra in Notitia ecclesiar. veter. Tutin. pag. 327. col. 1. v. 15. & v. ultimo] instar ceterar. urbium: in quo campo sese juvenes exercebant. De Campo hujusmodi plura diximus in Diatriba de Castro Lucullano. Re autem vera Campum Neapolitanum inter extramuranam S. Januarii basilicam Vrbisq. portam jacuisse, planissime ostendit chronographus Joannes in S. Athanasio his verbis: *In Ecclesia . . S. Januarii foris sita monachor. collegium sub Abbatis regimine ordinavit, offerens eis unum HORTVM IN CAMPO NEAPOLITANO positum*. Nam cum hic hortus vicinus monasterio (cujus usibus serviebat) fuerit necesse sit; ex eo sequitur, Campum Neap. inter monasterium atq. portam (quae nunc *S. Januarii* nuncupatur) me-

(29) In Differtat. de Cathedr. unica Par. I. cap. IV. p. 39. plura monumenta produxi, ex quibus efficitur, fuisse usq. ad totum XIII. saeculum (ante scil. novae hujus Cathedralis encaenia) vetustam illam S. Restitutae Ecclesiam, nempe Imperiale opus, ex qua postea S. Restitutae reliquiae in sacerum veteris cathedralis truncum illatae, eidem veteri cathedrali (olim *Stephaniae* vocatae) novum *Sanctae Restitutae* nomen quaesierint. Et ea quidem *Sancta Restituta* vetus in postico sacelli S. Mariae de Principio erat, & in vicina loca se latius protendebat.

medium intercessisse; eoq. monasterium *juxta moenia conditum* ab hoc biographo dictum. Et antea quidem haec sola vocabatur *Ecclesia S. Januarii* sine ulla adjectione. At postquam Cathedralis sibi nomen *S. Januarii* paullo ante hunc auctorem adscivit; ab eo tempore Cathedralis quidem *Ecclesia S. Januarii* sine addito vocabatur; at illi alteri extramuranae addebatur aliquid (uti *De foris*, *Extra moenia* &c.) quo ab intramurana distingueretur. Porro in hac extramurana Athanasius *Monasterium* [uti sequitur] *instituit* [*sub Abbatis dumtaxat tuitione*] *illicq. religiosae vitae virum singularem patrem ordinavit*. Quae parenthesi coercita vides, ea Corsinianus supra editos habet: ex quibus potest intelligi, haec scripta fuisse, quo tempore jam monasteria coeperant se ab Episcopor. jurisdictione eximere. Haec tamen auctor (aut certe amanuensis monachus) ex more sui temporis addidit: nam sub Athanasio adhuc monachi suis Episcopis obtemperabant. Ex his autem patet ab Athanasio tria monasteria fuisse fundata: unum in extramurana S. Januarii ecclesia, alterum in intramurana, sive Cathedrali (de quo ad Translationis libellum dicemus) tertium in insula Salvatoris, in qua monachos seorsum antea degentes in unum coenobium congregavit.

Jam vero initium §. 16. libens abscribam, quippe Nostro perhonorificum. *Cujus*, inquit, *opinionem* [i. e. famam] *competiens reverendiss. vir Nicolaus, universalis Ecclesiae Pater, Apostolicis exhortationibus hunc ad Synodum, quam contra Johannem Ravennatis urbis Episcopum congregaverat, singulariter evocavit, tertiumq.* (30) *in Apostolica conventione consedere fecit, eiq. ad legendum tradidit* (31) *cautiones, quas praedictus Archiep. intexuerat,*

(30) *Apostolicum conventum* vocat, cui Apostolicus praesidebat. Notitiam concilii hujus Anastasio in Nicolai vita debemus: apud quem (to. 3. script. Ital. Murat. a pag. 264. ad 266.) caussas & acta hujus Rom. synodi (quam ad ann. 861. conferunt) cognoscere poteris. Idem Anastasius nec Athanasii, nec ullius ex episcopis Synodi hujus meminit. Itaq. haec nostri biographi ad eam synodum illustrandam conferent. Prae ceteris autem hic locus pulcherrimus est: ex quo potissimum intelligimus, synodales dissignatores non semper pro antiquitate ordinationis impertivisse προεδρίαν; sed totum id negotium judicio illius, qui ennventui praesideret, fuisse transactum. Athanasium certe (qui anno 861. vix undecimum episcopatus annum numerabat) tertium Pontifex sedere fecit, postpositis aliis haud dubie antiquioribus; eidemq. *cautiones* legendas tradidit: idq. totum ex eo quod aliis sanctitate praecelleret, uti mox dicitur.

(31) *Cautiones* intelligit chartas securitatis, per quas Episcopi a Papa ordinati ad quaedam more majo-

rat, *eo quod ceteris illo convenientibus*, *in gratiae divinae collatione omnibus praestantior apparebat*. His statim deinde subjicitur patris Athanasii mors & filior. adhortatio his verbis. *Hujus enim genitor dum sibi e vicino* [32] *languore excessum adesse cer-*

majorum Sedi Apostolicae se adstringebant, & inter cetera, ut vocati ad Romanam synodum prompti occurrerent. Hasce cautiones etiam nunc non tantum Episcopi, sed & in singulis Cathedralibus primae Dignitates faciunt secundum formulam ab Roma submissam. Jam vero Ravennates Archiepiscopi, partim suae sedis dignitate, partim exarchorum potentia freti, interdum solitas cautiones praestare renuebant, ac falsas dabant. In vita Constantini PP. [qui ineunte VIII. saec. sedit] legitur: *Hic ordinavit Felicem Archiep. Ravennatem; qui secundum priorum suorum solitas in scrinio noluit facere cautiones, sed per potentiam judicum exposuit, ut maluit. Cujus cautio a Pontifice in sacratiss. confessione B. Petri Apost. posita, post non multos dies terra* (h. e. in terram sive cinerem versa) *& quasi igni combusta reperta est*. Mox divino judicio idem Archiep. poenas dedisse narratur.

Sed venio ad hunc Joannem Ravennatem: de quo in Nicolai PP. vita post narrata hujus Joannis crimina sic reperio: *Nec mirum, cur postea ista fecerit, qui cautiones & indiculos, qui soliti sunt ab Archiepiscopis Ravennatib. in scrinio fieri in initio consecrationis suae, more Felicis decessoris sui falsavit, & quaedam barbara scripta, quaedam vero falsa composuit*. Obiter moneo, Bignonium ad Marculfum itemque Cangium & alios *Indiculum* ab *Indicendo* derivasse, & pro scripto, quo quid alicui *indiceretur*, accepisse. At in hoc loco *Cautiones* & *Indiculi* sunt rei ejusd. synonyma. Itaque vox generalis est ab *Index* deducta, quodlibet scriptum sua sollemnitate vallatum notans.

Verum idem Joannes postea resipiscens, pro falsis scripturis veras dedit. Sic enim pluribus interjectis subjicitur: *Tunc ille confestim apprehensa charta repromissionis & juramenti sui, scripturas, quas tempore consecrationis suae imperfectis confusisque, ut in eis videbantur, repleverat dictionibus* (en *barbara scripta*, quae supra memoraverat) *propria manu scribens juxta consuetudinem antedecessorum suorum composuit... praedictasq. scripturas, quas fecerat, super vivificam Crucem D. N. Jesu Christi, atq. sandalia ejus* (Servatoris nostri: quae Romae asservata, hinc ostenditur) *& super sacrum quatuor SS. Evangelior. codicem posuit, & has manu tenens, innumeris qui convenerant clara voce sponte juravit, se omnib. diebus vitae suae observando integriter tenere atq. perficere; sicut in ipsis suae responsionis continebatur atq. legebatur scripturis, quas etiam... legit summoque Praesuli tradidit*.

Porro Athanasio non posteriores veras, sed priores barbaras ac nihil significantes cautiones traditas fuisse legendas, ex sequenti verbo *intexuerat* colligitur (quod de fallaciis usurpari solet) & eo quod veras per se Ravennatem ipsum postea palam legisse diximus.

[32] Aut de *Vicino morti languore* hoc intellige, aut pro *Vicino* legendum est *Vicioso*; sicuti *viciosa* febris ea dicitur, quae aliter *maligna* vocatur.

cerneret ultimum, *suos mox accersivit natos*, *eumq. quem consortem sui ducatus fecerat* (Gregorium scil.) *cum reliquis Emathetiae* (cur legendum sit *E Mathathiae*, id in ima (33) ora ostendimus) *vice monuit*, *ut Deo subditi exsisterent*, & *huic viro egregio* (Athanasio) *in cunctis obtemperarent*. *Huic estote subjecti*, *quasi patri & domino*: & quae sequuntur.

AVCTARIVM CAPITIS IV.

Quo Boniti Subdiac. Neap. Prologus integer adscribitur: adhaec tum Gregorii Locisservatoris munus & aetas, tum etiam Boniti Subdiaconi tempus declaratur.

CVm superioris capitis folium illud, cui Adnotatio 27. substernitur, jam jam prelo committeretur; incidi in cujusdam *Boniti* subdiaconi Neapolitanae Ecclesiae (quem antea nostri homines ignoraverant) Acta S. Theodori Ducis, quae Bollandus ad VII. Febr. inseruit, eruta ex Mss. Patrum Oratorii Romani. Et ex horum quidem Actor. Prologo (quippe festinantibus prelis) satis tunc habui pauca vix verba, quibus *Parthenopensis Locisservatoris* mentio continebatur, extremae Adnotationi 27. (vide sup. pag. 374.) inserere, ceteris interim eo spectantib. in Auctarium capiti subjiciendum reservatis. Nunc ergo fidem exsoluturus, principio Prologum totum illum satis elegantem in nostrorum hominum gratiam adscribam, deinde de Gregorio Locisservarore, deq. Bonito, & utriusq. aetate pauca subjiciam.

Boniti Subdiaconi Eccles. Neap. ad Acta S. Theodori M.

P R O L O G V S.

, QVidam inertes (34) Sanctorum Martyrum passiones descri-
, bentes, tanta eas absurditate faminum, tantaque ob-
, scu-

[33] Bollandista Cuperus hujus vitae editor pro *Emathetiae* (quod nihil est) non tantum legi putavit *Pathetice*, sed & istud ipsum in medium textum intrusit. At equidem, tantum E altero in A mutato, priore vero E ita divulso, ut consuetam praepositionem constituat, nihil pulchrius fore statueram, quam si *E Mathathiae vice* legatur. Nam *E Mathathiae vice* tantumdem est, quod Mathathiae instar, aut Exemplo Mathathiae. Sicuti enim hic morti proximus natos adhortabatur ut Simoni & Judae fratribus suis dicto audientes essent (vide 1. Mach. II. 65. 66.) ita & Sergius filios commonet, uti fratris sui Athanasii in omnibus imperata facerent. Sic quidem jam adnotaveram. Ac postea gavisus sum, quod in Corsiniano, etsi unica hoc ipsum voce legitur, tamen pro E altero A cernitur, & non tantum prius sed & posterius T pro tenui aspiratum visitur, in hunc modum *Emathathiae*. Nec aliud restat, nisi ut E ab reliqua dictione, cum qua coierat, divellatur, sicut ipse monueram. Ex quo indicio vides quanti sit faciendus hic codex.

(34) In Ms. scriptum erat *inherte*, uti Bollandus testatur; ex quo

, scuritate sensum [imo *sensuum*] replevere, ut nec tempora passionis, , agonum constantia, vel contra impios eorum victoriae intelligi , queant. Verumtamen ecu a solertissimis chartigeris (35) talium , figmenta fuerunt deprehensa, cultro suae scientiae detruncantes, , solummodo de ipsis, ceu reliquias de naufragio, sententias col- , ligentes, in liquidum ea suo convertere student ingenio. Ex qui- , bus igitur solertissimis ac studiosioribus viris [36] Gregorius PAR- , THENOPENSIS LOCISERVATOR, non solum industriam , (37) verum & originem trahens, qui videlicet nepos ac pro- , les [38] frater ac patruus exstat Parthenopensium Ducum; ceu quo- , rum-

quo cur ipse istud *Inertes* refinxerit, parum video; cum potius *Inepte* ex manu auctoris fuerit, ut vel quae statim sequuntur declarant. Adhaec infra post medium: *Et si quodlibet hic compererint INEPTIAE.. studeant emendare.*

(35) Hic quoq. Bollandum ratio fugit. In Ms. fuisse *cathigetis*, ipse adnotat: quod quidem ex Graeco *καθηγηταῖς* h. e. *praeceptoribus* esse quis dubitat? *Magistros* illos designat (ut ex subjecta descriptione liquet) qui acta simpliciora Martyrum interpolarunt. Erat igitur *τὸ Cathigetis* retinendum. Et tamen lectionem rectissimam Bollandus *παρορθώσει* corrupit. Nam *τὸ chartigeris* quid hic facit? Post pauca reposui *In liquidum* pro eo quod in Boll. legebatur, *Id liquidum*.

(36) Vbi hunc *Lociservatorem Gregorium* vocat *solertissimum & studiosiorem virum*, mihi videbatur id elogium in Gregorium S. Athanasii fratrem (qui postea Dux fuit) convenire. De quo vitae Athanas. scriptor §. 8. sic loquitur: *Vir per omnia strenuus, ut genitor* (Sergius) *& in Graeca Latinaq. lingua peritissimus*. Ac forsan hunc ipsum hic designari, infra Adnot. 38. & 41. suadebitur.

(37) Supple id, quod infra adscribitur, *Parthenopensium Ducum*. Tam enim *industriam*, quam *originem* a Ducibus Neapolitanis ducebat. Facessat ergo Bollandi persuasio, qui hunc *Lociservatorem* pro Neapolitano Pontifice accepit.

Porro ubi Gregorius majorum *industriam* imitatus dicitur; an litterariam industriam intelligit, de qua nunc agebatur? In primis autem (si quidem hic, qui quaeritur, fuerit Gregorius S. Athanasii frater) patrem suum Ducem Sergium est aemulatus: cui haec vita Athanasii §. 7. utriusq. eloquii peritiam singularem tribuit. *Litteris*, inquit, *tam Graecis quam Latinis favorabiliter eruditus est, ita ut si casu librum Graecis exaratum elementis in manib. sumeret, Latine hunc inoffense cursim legeret, & Latinos libros in Graeco expedite sermone RIMARET*. Confer haec cum Gregorii filii elogio in Adnot. superiore. Illud *Rimaret* (quod & alibi in ead. vita aut in Translat. legitur) prima origo est vocis *Rimarum* Italicarum. Etsi ab hoc auctore *γενικῶς* ea vox usurpatur de quovis sive soluto sermone, sive legibus adstricto.

(38) *In quem notae a Bonito assignatae congruant, leviter adumbratur.*

Quo pacto hoc in Athanasianam domum (ac forsitan in Gregorium S. Athanasii germanum) cadat, videbis fusius infra Aduot. 41.

Interim pro *Frater*, mihi *Pater* substituendum videbatur: neq. ex

, rumdam passiones sanctorum Martyrum, rustico (39) Achi-
, vorum stylo digestas, legi in Ecclesia comperisset, & ex his
, populus audiens ridiculum potius quam imitationem acquireret;
, Christi aemulatione permotus, non est passus Dei opus ludi-
, brium fieri populorum. Quapropter me Bonitum indignum
, Subdiaconum Ecclesiae Neapoleos compulit, quatenus S. Theo-
, dori gesta potiori (cor. *politiori*) serie pertractarem, & me to-
, tis nisibus reluctantem ad hoc quod voluit, inclinavit invitum.
, Quamobrem legentium veniam (*) obnixe deposco, uti meae
, indulgeant aetati; & si quodlibet hic compererint ineptiae, suo
, libitu studeant emendare. Nimirum quintum aetatis percurrens
, lustrum, discipulum fore quam magistrum potius decet. Ve-
, rumtamen si quibusdam hoc nostrum displicet opusculum, con-
, grua responsione eos alloquimur. Nos namq. hoc nemus non
, solum vepribus sentibusq. stipatum, verum etiam acutissimis
, rham-

ex ea solum causa quod τὸ *Pater* hoc loco aures (quibus perdite studet hic rhetor) paronomasia mulcet; & quod post membrum (*Nepos ac proles*) ascendentes complectens, sequi debebat alterum descendentium, nim. *Pater ac Patruus*; verum etiam quod historia τὸ *Pater*, non τὸ *Frater* videtur admittere. Nam Gregorii fratrem, qui Dux fuerit, nullum plane novimus: cum contra Sergium S. Athanasii infestatorem, Gregorii hujus filium fuisse sciamus. Ergo Gregorius iste fuit *Parthenopensium Ducum Nepos*, quia erat *Neapolitum de prosapia procerum ortus*, ut initio Adnot. 41. exponemus. Fuit *Proles*, utpote Sergii Ducis filius. Fuit *Pater*, quippe impiissimi Sergii, vexatoris S. Athanasii, genitor. Fuit postremo *Patruus*, nempe Ducis Athanasii junioris, forsitan ex Gregorii fratre nati.

Postremo ex his intelligitur, non potuisse hunc prologum ante Athanasii jun. ducatum scribi; etsi Acta (ad quae scribenda Bonitus a Gregorio, dum adhuc Lociservator esset, stimulatus fuerat) multo ante elucubrata fuerunt. Nim. Bonitus noster non antea prologum Actis praefixit, quam ubi ea in vulgus emittere oportuit. Hactenus conjecturae sunt.

(39) *Rusticitatis* nomine simplicitatem Actorum, (quae *Achivor. stylo digesta* dicit, quia de Graeco translata in Latinum fuerant) quae antea legebantur, insectatur. Easdem insulsissimas querelas in prologis Joannis diac. ad Acta SS. Sosii & Januarii, & Joannis Cimeliarchae ad vitam S. Joannis IV. aliosq. nostros reperies: pro quibus venerandae simplicitatis monumentis rhetorisci nostri dum phaleras atq. offucias meras substituerunt, id sunt assecuti, ut Acta illa vetera a librariis neglecta tandem deperierint, recentia, quibus libentissime caruissemus, ad posteros studiose transmissa fuerint. Vel haec S. Theodori M. acta a Bonito rhetoricante conscripta (quae apud Bollandum ii tantum legent, qui otio diffluunt) docere possunt, ornamenta verborum, quam res, hoc saeculo curae priori fuisse.

(*) Maluit, ut aiunt, culpam deprecari, quam culpa carere.

" rhamnis caprificisque condensatum (40) invenimus, adeo ut il-
" luc ingredi nequaquam valeremus. Allatis vero securibus adhi-
" bitoq. labore omnia praecidentes, simul combussimus, & sic
" tandem ex umbriferis ac perniciosis aprica atq. amoenissima
" loca reddidimus. Sed cum rastros habere minime quivimus, in-
" grediantur & ipsi jam in praecisum cultumq. novale; & radi-
" ces sub terra delitescentes sapientiae suae rastris effodiant, ut
" iterum seminato novali fructus ejus exinde pariter cum gaudio
" metamus.

Porro Bollandus ad VII. Febr. in Comment. praevio n. 19. hunc *Gregorium Parthenop. Lociservatorem* pro Pontifice Neap. habuit: omnino male, ut ex cap. superiore Adnot. 27. constat. Deinde Bonitus ipse verbis illis, *non solum industriam, verum & ORIGINEM trahens* &c. satis aperte significat, se hujus Lociservatoris industriam in litteris designare, in qua enituere superiores Duces, a quibus Gregorius trahebat originem. Vide sup. Adnot. 36. & 37. At Bollandus cum in Pontificum Neap. catalogis circ. ann. 1116. quemdam Gregorium Archiep. Neap. reperisset; hunc statim arripuit, ac de hoc loqui Bonitum credidit; cum tamen ferme ducentis annis antiquior videatur hic prologus.

Quid enim tempus frustra tero? Non alia Ducum Neap. propago hunc Gregorium protulit, quam S. Athanasii domus, ex qua una plures continuata serie Duces (41) prodierunt. Itaq. haud

(40) *Condensa* quid in Scripturae Interprete & Latinis scriptoribus sint, nemo ignorat. Ex his Noster *Condensandi* verbum notione agresti formavit. *Condensa* Papias interpretatur *spissa*, *constipata*, *opaca*, sylvarum scilicet. Hinc infra: *Ex VMBRIFERIS* (ea sunt *Condensata* loci hujus) *aprica*.. *reddidimus*.

(41) *Gregorius Lociservator non alibi quam in Athanasiana familia quaerendus est. Imo nec alius fuit, quam Gregorius S. Athanasii germanus; ut qui a patre Duce Magister militum (h.e. Lociservator) ordinatus fuit. Congruit tum Sergii patris tum Gregorii filii litteraria INDVSTRIA*.

Haec Adnotatio cum superioribus 36. 37. ac praecipue cum 38. quibuscum cohaeret, jungenda est.

Ac primum antiquiores Duces ex Sergiana domo profectos, siqui fuerunt, ignorare cogimur. Vbi tamen Sergium S. Athanasii patrem vitae auctor initio §. 7. *Neapolitum de prosapia procerum ortum* dicit; fortassis videtur vocis *Procerum* ambitu non tantum optimates sed & antiquos Duces ex ea domo productos designare, vel hoc Bonito ad id manuducente.

Saltem illud certissimum est a Sergio S. Athanasii parente ad Athanasium juniorem quatuor numerari ex ea familia Duces. Nam Sergio Duci filius ejus Gregorius successit: Gregorium Sergius ejus filius, S. Athanasii insectator, excepit: hic Athanasium junio-

haud prorsus alia domus hunc *Gregorium Lociserv.* protulit. Quem suspicor eumdem fuisse ac Gregorium illum Ducem, qui medio ferme saeculo IX. *Magister militum* [h. e. *Locifervator*] a Sergio patre vivo factus, eidem postea in ducatu successit: quae omnia, jam ceteroqui in superiore Adnot. 38. adumbrata, latius in proxima Adnot. 41. deducta reperies. Ab hoc igitur Locifervatore Bonitus ad scribenda S. Theodori acta impulsus fuerit: quae tamen potuit serius ad finem perduxisse atq. edidisse. Facile igitur

juniorem Episcopum simul q. Ducem successorem habuit. Sed & Gregorius alter, itemq. Joannes (qui decimo saeculo ducatum arripuerunt) ex ead. familia sati dicuntur. Ergo parum est dubitandum quin *Gregorius* iste *Locifervator* (qui & majores & posteros habuisse Duces huic Bonito dicitur) ex hac familia ortum duxerit. Nec postremo domus alia ostendi mihi potest, ex qua Duces plures prodierint perpetua serie.

Nec satis est ejus ostendisse familiam, quem jam tenere ipsum [ut in Adnot. 38. exposui] mihi prope videbar: nempe Gregorium illum S. Athanasii germanum; in quem, ejusq. patrem Sergium *industriam* litterariam ab hoc Bonito laudatam pulchre convenire, a me supra Adnot. 37. & 38. demonstratum fuit. Accedit quod revera hic S. Athanasii frater, *Locifervator* a patre ordinatus fuit: de quo jam latius est dicendum.

Nam in hac S. Athan. vita §. 8. sic legitur: *Ex quibus* (Sergii ducis filiis) *unus illis* (parentibus) *adhuc viventibus*, *Gregorius*, *militum magister constituitur*. Nomine *Magistri militum* Dux Neap. plerumq. intelligebatur: qui scil. simul reip. Dux, simul etiam *Magister militum* h. e. dux exercitus erat. At sub Sergio videntur hae divisae partes fuisse; ita ut pater sibi ducatum (non abjecto tamen titulo *Magistri militum*) reservasse, filio vero commune videatur fecisse *militum magisterium*, i. e. *Locifervatoris* officium; nam, ut Adnot. 27. ostendi, *Locifervatura* munus militare erat; sicuti & apud Romanos *Legati* Ducum erant, qui vulgo *Luogotenenti*. Quia vero Locifervatura proximus ad ducatum gradus erat (ut exemplo Sergii patris S. Athanasii ad hujus vitae §. 7. ostendimus) hinc merito Vbaldo auctore, hic Gregorius Sergii filius, non vivo patre (praesertim cum duorum in ducatu collegarum nullum aliud exemplum suppetat ante Marinum, qui saeculo X. non sine assensu Imperatoris & populi associatus Joanni patri in Ducatu fuit) non vivo, inquam, patre sed post ejus mortem factus fuisse Dux diserte traditur. *Decimo octavo anno sui regiminis* (ait Vbaldus in fine Sergii gestor.) *Sergius mortuus est, & ducatui successit ejus filius Gregorius*: quod circa annum 803. contigit. Haec cum vera sint; ex his suadetur, *Gregorium* illum *Locifervatorem*, de quo Bonitus loquitur, haud alium fuisse a Gregorio Sergii filio, S. Athanasii germano, qui postea patri mortuo in ducatu successit. Jam ergo & Gregorium hunc Locifervatorem tenemus; & ejus simul, & Boniti aetatem medio ferme nono saeculo assignabimus. Etsi haec difficultate non carent, ut alibi postea dicetur.

Bonitus iste ante medium saeculi noni natus, vergente eodem saeculo quintum jam lustrum ingressus fuerat.

Dicat aliquis, non videri verisimile, hunc *Locifervatorem*, si quidem homo laicus fuisset, de pulchrioribus actis S. Theodori contexendis, ut in Ecclesia legerentur, incessivisse curam. At respondetur, si in ceteris Sanctis id laicus *Locifervator* fuisset aggressus, me miraturum; etsi simul etiam ejus pietatem non possem non commendare. Nunc de Martyre (42) Duce agitur: cujus cultum verisimile est non nisi a Neapolitanis Ducibus fuisse Neapoli initio propagatum, ac deinde ab hoc Locifervatore elegantiorum Actorum S. Ducis scriptionem fuisse imperatam. De Neapolitana hujus S. Ducis cultura vide inferne (43) adnotata.

Auctarium istud longius opinione mea mihi processisse, sero animadverti. Nec tamen facti poenitet: neque id tantum hujus Boniti (ignoti antea scriptoris) & rerum patriarum gratia; verum etiam ut haec commentarii loco sint ad XIV. Julii, quo in Kalend. marmoreo S. Theodorus Dux signatus reperitur.

De

(42) Theodorus Mar. Heracleae passus, cujus Acta Bonitus scripsit, a Graecis omnib. στρατηλάτης i. e. *Dux exercitus* appellatur, Latinis quoq. *Dux* audit. Hinc factum ut ejus cultum (qui CPoli impense increbuerat) tum Neapoli propagare Neapolitanis Ducibus olim curae fuerit, tum etiam eumdem Gregorius iste *Locifervator* (h. e. ejusdem ac S. Theodorus, officii particeps, utpote *Magister militum*, ut Adnot. super. ostendi: qui Graecis στρατηλάτης dicebatur) scriptis elegantioribus actis pensi habuerit promovere.

(43) Re vera Theodorum Ducem atq. Martyrem fuisse Neapoli impendio celebratum, ostendit Boniti Prologus, in quo ejus Acta in Ecclesia dudum lecta fuisse innuitur, utique die festivitatis suae. Quae cum ita sint; huic Theodoro locus in Kalendario marmoreo esse debuit. Porro duplicem in eo monumento Theodorum signari reperio: unum die XV. Aprilis, qui longe alius ab hoc nostro est (de quo vide in nostro Comment.) alterum die XIV. Julii his verbis: NT SCI THEODORI. Hic vero haud dubie ille est, quem quaerimus; praesertim cum de nullo alio Theodoro accipi possit. Et is quidem a Graecis die VII. (quo etiam Mrolog. Rom. inferitur) aut VIII. Febr. celebratur. At Neapoli ratione translationis reliquiarum aut Dedicationis Ecclesiae colebatur die XIV. Julii; ob eamq. causam non PAS. sed NAT. ei praeponitur. Dixi hunc Mrologio Rom. inseri die VII. Febr. Adnuntiatur autem his verbis: *Heracleae S. Theodori ductoris militum* (h. e. στρατηλάτου, ut in Graecor. libris, & Novella Emmanuelis) *qui Licinio imperante, post multa tormenta truncatus capite, victor migravit in Caelum.*

Ad hujus quoq. Theodori cultum demonstrandum pertinet, quod quasdam olim S Theodori (haud alterius ab hoc nostro) fuisse Ecclesias, ex vet. chartis atq. notitiis constet.

De Gregorio LOCISERVATORE amplius.

Superius Auctarium jam quidem formis typographicis compactum fuerat: cujus & superius folium (h. e. usq. ad p. 384.) festinantibus operis, jam praelo committendum erat. Interea temporis cum longe meliora de eo, quis in Athanasiana domo Gregorius iste *Lociservator* fuerit, succurrissent; ea huc malui conferre, quam morari operas, ac disturbare plagulas jam prelo paratas. Imo ne hic quidem longius detinebo lectorem. Nam quae huc pertinent, ea seorsum in subjectam (44) Adnotationem, cupidis minime praetereundam, conjeci.

Ccc 2 CA-

(44) CVRAE ALTERAE, *Sive Gregorii Lociservatoris ac Boniti Subdiac. verius indicium.*

SECTIO I.

Cur priores curae ad limam nunc revocentur.

Curae priores in Adnot. 38. & 41. propositae cur nequeant recto talo consistere, ea est causa, quod Gregorius ille S. Athanasii frater nullo modo nec filium, nec fratris filium Duces videre potuerit, quippe qui ipsi Gregorio in ducatu successerunt; ita ut unius *pater* (quamvis ea correctio qua pro *Frater* substituitur *Pater*, sit satis audax) alterius *patruus* dici ipse adhuc vivus non potuerit.

Et huic quidem difficultati sic obviam ivimus Adnot. 38. & 41. ut censeremus, Acta quidem vivo Lociservatore statim scripta fuisse, at prologum non nisi sub Athanasio Juniore: quo tempore Gregorius jam Ducum Pater & Patruus dici potuisset. At haec exceptio multis patet incommodis. I. Nam primum cum scriberet prologum (h. e. post ann. 878. quo Athanasius Jun. Dux factus creditur: qui annus a Gregorio Lociservatore ac nondum Duce, ferme trigesimus erat) se quintum lustrum ingressum fatetur: ex quo sequetur, eumdem sub Gregorio Lociserv. nondum fuisse natum. II. Si sub jun. Athanasio scripsit prologum; in eo cur Lociservatori suo τῷ μακαρίτῃ *Ducis* elogium invidit, quem tantum *Lociservatorem* vocavit? Etsi has difficultates (siquando objectae fuissent) eludi posse sperabam, si dicerem, prologum sub Athanasio jun. fuisse exaratum, sed ita ut vulgo appareret, eum sub illo Lociservatore scriptum; aut contra eumdem prologum sub Lociservatore elucubratum, at diu postea sub Athanasio refictum, ut una cum Actis manaret in publicum, & ita inepte refictum, ut partim Gregorii, partim Athanasii tempora mentiretur.

SECTIO II.

Aliis frustra tentatis viis, ex medii X. saeculi charta Gregorius qui quaeritur in lucem protrahitur.

Verum quid ultra tricamur? An non satius est meliora proponere? Meliora autem ea fore ajo, siquis Gregorius producatur in scaenam, qui nunquam arrepto ducatu, ad extremum usq. spiritum *Lociservatura* contentus fuerit; tum enim is facile non tantum *Fratrem* [nec enim temere sollicitanda est codicis lectio, ut inrrudatur *Pater*] sed & Fratris filium inter domus suae Duces numerare potuerit. Age experiamur.

I. Ac

I. Ac primum quem *Gregorium magistrum militum* una cum Caesareo fratre missum a Sergio patre adversus Capuanos memorat cap. 27. Erchempertus, is huc non pertinet, quia non alius quam ille ipse est Gregorius S. Athanasii frater, quem Adnot. 41. a Bonito designatum male suspicabar.

II. Jam vero si fingamus animo, impio illi Duci Sergio, vexatori S. Athanasii, praeter fratrem Athanasium, qui ei in ducatu successit, fuisse praeterea fratrem alterum, nim. Gregorium Locisfervatorem; tum de hoc loqui Bonitum haud ab re dixerimus. Hic enim Nepos Sergii Ducis senioris futurus erit, sed & filius Gregorii Ducis, adhaec frater junioris Sergii Ducis flagitiosi, postremo patruus Gregorii junioris, qui decimi saec. initio ducatum gessit: quem ultimum Sergii insectatoris Athanasii filium fuisse volunt.

III. Verum quid frustra in eo quaeritando delassor; quem jam & nomine & munere, & stemmate teneo? Is enim est *Gregorius Locisfervator* Ducis Joannis filius, qui in charta anni 959. apud Cam. Peregrinium in Hist. Princ. Langob. (apud Murat. to. 2. Script. Ital. pag. 339. col. 2. C) se subscribit hoc modo: *Ego Gregorius Locisfervator.* Etsi, ut obiter moneam, id in eo monumento negotium facessit, quod cum notae chronologicae annum sive 958. sive 959. praeseferant, tamen in textu ipsius chartae Gregorius dicatur *Fil. BONAE RECORDATIONIS Domini Joannis gloriosi Ducis*: quem tamen Joannem diu post eum annum continuasse vitam ac simul ducatum, ex Vbaldi chronico, & aliunde comperimus. Hoc quidnam esse possit, infra discutietur. Interim hoc mihi pro certo sumo, circa ann. 960. fuisse quemdam Gregorium, qui diserte ac sine ambagibus *Locisfervator* inscriberetur. Hic inquam non tantum munus Locisfervatori respondens (quod sup. in *Gregorio Magistro militum* fecimus) sed nomen ipsum *Locisfervatoris* sibi vindicabat: forsan quod in Neapolitana rep. hoc vocabulum eo primum tempore in usu esse coeperit, quamvis res ipsa antiquior fuerit.

Nec aliud restat, nisi ut hic Gregorius *nepos ac proles*, *frater ac nepos Parthenopensium Ducum* (quod Bonitus de suo Gregorio jactat) ostendatur. Id vero paratissimum habeo. Certe enim Gregorii (qui incipiente X. saec. rexit habenas) videtur nepos, proles vero Joannis Ducis fuisse. Adhaec Marini Ducis frater extitisse; ac patruus, opinor, illius Sergii, qui exeunte eo saec. clavum tenuit. Haec vulgo probatum iri, & Vbaldi suffragio non caritura, satis scio. Nos tamen, quandoquidem non quid plausibile futurum sit, sed quid verum, quaerimus; de hujus Locisfervatoris fratre ac fratris filio Ducibus alia omnia proferemus in medium.

SECTIO III.

Duplex Dux Joannes decimo saeculo admittendus ostenditur: qui duo hactenus in unum coaluerant. Quo posito facile verum Locisfervatoris hujus stemma constituitur.

JAm primum omnium cum in charta anni 958. aut 959. (quam superiore sect. ex Cam. Peregrinio protulimus) subscriptio legatur hujusmodi, *Ego Gregorius Locisfervator*; idem vero Gregorius in ejus monumenti contextu dicatur *Fil. BONAE RECORDATIONIS*

NIS Domini Joannis Ducis; ex his liquido patet, fuisse quemdam Joannem Ducem (hujus scil. Gregorii parentem) quem anno 959. jam ad plures abiisse constaret: quem ibid. Peregrinius ex quodam diplomate ad annum saltem 952. advixisse deprehendit. Ergo post ann. 952. jam alter a priore est Joannes ille qui in Vbaldi chronico ad ann. usq. 982. perdurat, ac facile prioris sive filius, sive fratris filius; ita ut illi XLV. anni, quos Vbaldus uni eidemq. Joanni dat, inter cognomines duos (quorum unus Gregorii Locifervatoris, alter Marini pater fuerit) sint tribuendi.

Porro priori Joanni avum fuisse Gregorium illum, qui ineunte X. saeculo Dux fuit, constat ex Pacto ejusd. Joannis cum Beneventi principe, apud Peregrin. (in Murat. to. 2. Script. It. p. 341. col. 2. D) ubi Joannes ita paciscitur: *Et ita vobiscum inantea sedebimus, sicuti sedit Dom. Gregorius ABIVS meus vobiscum* &c. Deinde subscribunt se *Dom. Jobs Cons. & Dux*. Item *Gregorius thius ejus* (qui alius ab avo est) *Landolfus* (Beneventi princeps) *Gregorius fil. Dom. Jobi* (nim. Locifervator) & alii. Nec obest, quod in Gregorio *locifervatura* deest; nondum enim is a patre (cujus anno primo id pactum renovatum fuit: h. e. anno 937. non 932. uti vult Peregrin.) *Locifervator* fuerat ordinatus.

Hoc posito Gregorius Locifervator recte a Bonito Ducum *nepos ac proles, frater ac patruus* dicitur: nempe *Nepos* respectu Gregorii, qui ABIVS Joannis fuit: *Proles* Joannis prioris, qui ab anno 937. Dux fuit: *Frater* germanus aut consobrinus posterioris Joannis, qui Marinum filium habuit: tandem Marini *Patruus*. Et is quidem Gregorius jam anno 959. (ut ex Peregrinii charta ostendimus) Locifervator erat, ac per eadem tempora Marinus collega ducatus a patre factus fuit. Quocirca post medium X. saeculum prologus ille a Bonito scribi debuit: quo tempore jam Gregorius ille locifervator coeperat Ducis *Patruus* vocari.

SECT. IV. *Proxime dicta revocantur, ac stemma aliter reformatur.*

JAm ante suspicabar τὸ *Bonae record.* etiam de vivis usurpari: verum ne sine exemplis id paradoxum proponerem; in alterum παραδοξότερον incidi, Joanne scil. uno in duos scisso. Statim vero ut folium istud (Ccc) prela evaserat; ecce tibi de vivis, qui *Bonae mem.* dicti fuerint, documenta. Quare has saltem paginas refeci duas, ne de eo lectorem serius in calce monerem.

Ajo igitur τὸ *Bonae mem.* de vivis reperiri dictum in charta Lucensi anni 764. apud Muratorium [in epitome Italica Antiq. medii aevi Differt. 37. to. 2. p. 366. edit. Neap.] in qua memoratur quoddam Oratorium consecratum *per bonae memoriae Peredeum Episcopum*. Atqui Peredeus non tantum anno 764. (ad quem charta illa pertinet) in vivis erat, sed idem in chartis annor. 765. 766. 767. 768. notatur. Quin etiam ejus mors ab Vghello (in append. to V.) in ann. 780. confertur. Postremo Muratorius ibid. a se ostensum in Estensib. Antiq. ait, ex formula *Bon. mem.* in chartis obvia haud recte mortem alicujus argui.

His positis, Locifervatoris stemma erit quidem in τῷ *Nepos ac proles*

CAP. V. *In quinque sequentes sectiones (a 18. ad 22.) quibus initia insectationis Athanasii continentur.*

Sect. 18. Obitum Gregorii ducis, germani S. Athanasii, continet. *Quo defuncto* (ait auctor) *coepit Vir sanctus Dei fratrisq.* (mortui) *zelo praefatum nepotem suum* (Sergium, qui Gregorio patri in ducatu successit) *spiritualiter & (non) mundane diligere, & . . . exhortari.* Istud NON, quod interposui, editor Cuperus uti necessarium de suo adjecit. At cave addas; non tantum quia nec a Corsiniano, nec aliis codicib. nec Lectionib. S. Athanasii τὸ *Non* istud agnoscitur, verum etiam quia est contra auctoris mentem, qui saepe spiritualia cum mundanis junxit, ubi de Athanasio consilia Ducibus dante loquitur. Sic supra §. 12. Athanasium non tantum *Divini juris*, verum etiam *Palatini* (quod circa mundana versatur) peritissimum fecit. Taceo plura quae huc pertinere possint, ac praesertim quod proxime sequitur: *Vt in omnib.* [tam spiritualib. quam mundanis scil.] *se aptissimum praeberet . . exhortari.* Et quod hic auctor *Spiritualiter & mundane* dixerat, id in vetusto officio (anno 1525. ex vet. membranis edito) Lect. V. dicitur: *spiritualiter & temporaliter*. Postremo quid ultra me excrucio, cum haec ipsa duo ab hoc ipso auctore §. 12. usurpentur? *Quo* (Athanasio) *viriliter agonizante* (Ecclesia Neap.) *tam in divinis* (h. e. spiritualibus) *quam in MVNDANIS* (i. e. externis bonis) *adeo aucta est, ut* &c.

Statim sequitur: *Cujus* [Athanasii] *monitionem uxor illius* (Sergii novi Ducis) *graviter ferens, virum suum coepit diabolica decipere locutione.* At in Corsiniano totum hoc crimen non in uxorem, sed in socrum Ducis confertur his verbis: *Cujus exhortatoria ille graviter ferens, per SOCRVM suam, maxime a diabolo instigante, subversus est* (nec aliter in citata Lect. V: *Ejus exhortationem graviter ferens per SOCRVM suam diabolo instigante subversus*) pergit: *ut in nullo supradicto viro obtemperet; coepitque* (eadem socrus) *cor ejus diabolica decipere locutione.* Mox aeque in Corsin. & editis ead. allocutio sic habet: *Vt si vellet monarchiam solus obtinere* [tunc scil. monarchia affectabatur; cum antea

les (uti Bonitus loquitur) idem prorsus, ac quod in fine Sect. 3. descripsi. At vero in *Frater ac patruus* ita refingi deber, ut is Locisservator Marini *Frater* fuerit, *Patruus* vero Sergii ejus, cujus initium anno 982. in Vbaldi chronico ponitur. Ex quo etiam efficitur, Boniti prologum (in quo Locisservator ille *Ducis patruus* dicitur) non ante ann. 982. scribi potuisse: quo anno Locisservator ille *Ducis patruus* dici coepit.

Postremo in S. Athanasii domo non tantum toto saeculo decimo Ducatum perdurasse, ex dictis colligimus, verum etiam toto XI. ac duodecimi parte (nim. usq. ad Rogerium Regem) quia eadem semper *Sergii* atq. *Joannis* nomina in Ducibus subsecutis recurrunt, ad finem usq. Neapolitani ducatus.

antea regimen ex monarchia & aristocratia temperatum esset] *non solum huic* (Athanasio) *nullam exhiberet obedientiam, verum etiam hunc a latere suo, aut procul eliminaret, aut omnino perderet. In qua deceptionis fraude iniquissima Jezabel.. sibi conscios reperit... ut conceptum semel virus.. posset auribus hominum propinare, & pectori inserere GENERI SVI*. In his tamen ultimis edita a Corsiniano discedunt: in quo sic paullo aliter: *Auribus, imo & per aures pectori inserere generi suo* : cor. *sui*. Ex quibus vides hortatricem illam nequissimam etiam in editis tandem agnosci *socrum*, quandoquidem Sergius *gener* monitricis diserte dicitur, non *maritus*. Postremo narratur Sergius *Linguae vipereae assidua suasione* (in Corsin. *meditatione*: sane quam scitissime: nam *meditari* in Vulgato Scripturae interprete, & apud antiquos, ut in meis Biblicis docui, erat *susurrare* & submisse loqui) *illectus, ut servum Dei custodiae traderet*.

§. 19. Injurias sanctiss. Episcopo in ea comprehensione illatas exsequitur. In qua hoc tantum reperio discidium, quod edita exhibent Athanasium, cum caperetur, *Episcopalibus indumentis exutum, ceu vile mancipium* &c. quorum loco in Corsin. multo aptius legitur: *Induto orario tractum ceu vile* &c. Etiam S. Castrensem ejus acta (quae ad XI. Febr. illustravi) memorant orario, tamquam fune scil. fuisse tractum. At illud *Episc. indum. exutum* ineptum est. Nec enim Episcopi his temporib. extra sacra pontificali indutu utebantur, contenti orarii insignibus.

§. 20. Describuntur ordinum omnium lacrymae ac suspiria, Athanasium sibi a Duce reddi audacter flagitantium: inter quos *Antonius, vir satis idoneus & provectae aetatis, monachorum Abbas, diutinis jejuniis & aegritudine corpore jam defecto* (ita in Corsin. non patrio casu) *alienis evectus manibus cum universo Clero ad Praetorium advenit*, ultimum Duci ejusque generi exitium, nec non & civitati desolationem ob facinus tantum interminatus. Hunc Antonium hic auctor §. seq. vocat *Sancti Salvatoris Abbatem*. Cumq. non tantum in insula S. Salvatoris, verum & in Cathedrali (quae itidem *Salvatoris Ecclesia* dicebatur) monasterium tunc temporis fuerit [nam de monasterio Cathedralis dicemus infra ad libellum Translationis] dubium est, utrius Abbas hic Antonius fuerit. Nisi forte volumus, hunc virum sanctissimum utriusq. Salvatoris Abbatem fuisse.

In §. 21. prope initium pro *similia illi dixere*, Corsin. habet *illis dixit*: quod & sententia haud dubie requirit. In proxime sequentibus Interdicti Ecclesiastici specimen notabis in verbis illis: *Omnium altaria divinorum Templorum exuamus &c.* His conspirationibus exterritus Sergius, *pietatem simulans, die octavo solvit Virum Dei*. Pro *solvit* in Corsin. & Lectionib. multo rectius *absolvit*, [h.e. di-

dimisit] nec enim injectae compedes fuerant, ut posset solutus dici, sed detentus. Deinde post sectionis hujus medium sic memoratur. *In eo loco, ubi Virum Dei* [Athanasium Sergius Dux] *retrusit, non multo post captus est* (idem Sergius) *sicut malefactor.* Quid porro huic nefario duci postea adversi contigerit, ex Erchemperti cap. 39. constat, ubi sic memorat: *Quo etiam anathemate multatus idem Sergius, non multo post a proprio germano* (Athanasio juniore: quem hinc apparet fuisse Sergii germanum fratrem, non consobrinum) *captus est, & Romam mittitur suffosis oculis, ibiq. miserabiliter vitam finivit. Ipse autem frater ejus* (Athanasius) *in loco illius se ipsum principem instituit.* Haec eadem & ex Vbaldi chronico Ducum Neap. (quod vir amiciss. Franc. Maria Pratillus tom. 3. Hist. Langobard. edidit) didici. Is ergo narratis hujus Sergii sceleribus, quorum causa bis excommunicatus a Papa fuit, sic demum de ejus exitu narrat: *Dux Sergius expulsus de signoria ad gridum populi cum tota sua familia captus* (hic supple ex auctore nostro: *In eo loco, ubi Virum Dei retruserat*) *excaecatus, & ad Romam captivus missus: ubi tres menses tantum vixit; & in ejus locum electus ejus frater Athanasius* (Junior) *Episcopus, qui fuit caput illius rebellionis* (contra Sergium). Sergii exauctoratio in ann. 878. conjici debet; nam anno, quo translatum est Neapolim S. Athanasii corpus, adhuc Sergium gessisse ducatum, ad ipsam Translationem notabo.

Postremo habes §. 22. excommunicationis latae sententiae exemplum: nisi forte auctor quaedam hujus historiae ita narravit, ut sui temporis moribus essent convenientia. Etenim antequam egrederetur ex urbe vir sanctus, *Thesaurum Ecclesiae signatum annulo suo reliquit, & titulum ibi posuit sic continentem: Anathema sit, qui fecerit vel jusserit absq. mea praesentia vel jussione hanc januam aperire, vel aliquid hinc contingere. Sicq. in praedictam insulam Salvatoris abscessit.* Et eam excommunicationem habitam fuisse ratam infra observabimus. Sunt in eodem §. pauca quaedam in Corsin. paullo meliora (45) quam in editis: quibus nolo immorari. At ultima hujusmet sectionis periodus, quae in editis est jejunior, in Corsiniano amplissima est: nec secus reliquae vitae hujus sectiones quinque in editis quidem

(45) In §. 22. ante medium Corsin. habet: *Insanus* (Sergius) *hoc audiens praedicto Dei famulo per legatos suos mandavit dicens.* Post versus duos pro, *Monachicum indumentum assumat*, in Corsin. tantum, *Fiat monachus.* Post alios versus duos: *Ad haec vir Dei remandavit ei: Sponsam quam Deo concedente* &c. In fine penult. periodi pro *Duritiam... emolliat*, in Corsin. *Duritiam... mansuescat*: recte: nam his temporibus neutra passim ut activa usurpabantur; ut *Exsulo*, *Venio*, pro *Exsulare & Venire* facio: *Innotesco* pro *Notum facio*, & alia ὅσα κόνις: quae semidocti postea immutarunt.

dem macerrimam dumtaxat rerum summam continent : quae contra in Corsiniano triplo saltem longiores sunt . Proinde hujus sectionis 22. finem & quinq. sequentes ex Corsiniano Codice integras exhibebimus , rejecto interim in imam pagellam editionis Bollandianae textu .

CAPUT VI.

Sergianae insectationis , Vitaeq. Athanasii actus ultimus ex Cod. Corsiniano integer exhibetur .

A Fine sect. 22. ad vitae extremum Vulgatae editionis textum (quam potius epitomam dixerimus) in ima ora exhibemus : ex Corsiniano vero , quae reliqua aerumnarum Athanasii sunt , integra uti monui , hic apponimus .

Athanasii aerumnae & obitus ex codice Corsiniano .

, *Finis sectionis* 22.(46) Reversi igitur nuncii, verba venerandi , Pontificis retulerunt ei . At ille solito furore insanivit . Nam inter , alia hoc precipuum habebat . Confestim armavit se contra eum , & omnes seguaces suos , & sub voce preconis clamari per , plateas jussit . Et ut verbis ejus utar, omnes inquit audite jussionem dominicam & ite ad pugnandum ad Salvatorem (47) , cum quibus & Saracenos, qui tunc ibi erant, multis eos precib. muneribusq. evocans misit , hoc modo eos adhortans : Testor , Deum , quasi (cor. *quod si*) emporium ad quos [*quod*] destino ,quocumque artificio vestre calliditatis comprehenderitis, cunctaque , (*) in se retinet cum omnib. hominibus , duo exceptis , vestro relinquam juri : Insulam solummodo vacuam mihi reddite . Et , post hec majora vobis de thesauris meis propriis premia tribuam ; tunc armati omnes una cum Saracenis profecerunt ad , ipsam insulam , expugnantes eam diversis modis, & arcta custodia custodientes , ne cui liceret ingredi vel egredi . Sed Deus , Custos bonorum custodivit eum illesum ibi per novem dies .

§. 23. [48] , Hoc audiens Lodovicus Imperator Benevento , de-

(46) In editis finis sectionis 22. hujusmodi est. *Talia dum Duci relata fuissent ; Neapolitanorum ille & Saracenorum exercitum congregans , sanctum Pontificem in jam dicta insula per novem dies expugnavit* .

(47) Nam ea insula interdum absolute *Salvator* vocabatur .

(*) Divisim lege *Cuncta quae* . In his porro ea tantum corrigemus, quae lectorem remorari queant .

(48) , Ex editione §. 23., Ludovicus Imperator autem haec audiens, Marinum praefectum Amalfitanum cum viginti sagenis , ad Salvatoris insulam dirigens , Sanctum virum exinde abstrahi, , sibique deferri mandavit . Hoc , videntes Neapolites exierunt super eos navaliter una cum Saracenis , persecutique sunt eum , procul ab urbe . Sed Deus , qui , subvertit Pharaonem , confregit , & illorum tunc superbiam , & , in fugam versi sunt , Saracenis , ca-

, degens nondum captabari (49) doluit ex intimo corde una cum , Augusta, & concite miserunt Maximo (50) Praefecto Amalfi , ut veniret (51) sanctum virum de jam praefata insula, & sanum duceret Benevento. At ille jussis obtemperans Augustorum venit cum viginti sagenis, & tulit inde Sanctum Virum. Hoc audientes Neapolites exierunt super eos navaliter una , cum Saracenis, persecutique sunt eum procul ab Vrbe. Sed , Deus, qui subvertit Pharaonem, confregit & illorum tunc superbiam, & in fugam versi sunt, Saraceni capti ibidem, & , occisi. Ille namque illesus una cum sancto viro ibit (*ivit*) Beneventum. Videntes eum Augusti (52) fleverunt valde: , quod tam Sancto viro talis evenisset tribulatio, & apud se , tenuerunt consolantes eum diligenter in omnibus. Hec videns , militum magister, quia decessisset sanctus vir sanus, primo , do-

, captis ibidem, & occisis. Sicque , Sanctus vir Beneventum Imperatori delatus, & in maxima est , honorificentia habitus. Magister , vero militum dolens, Sanctum , virum illaesum recessisse, effracto gazophilacio Episcopii, universum thesaurum Ecclesiae auferri, sibique asportari mandavit. Tunc distrahebantur cymilia & res Ecclesiarum & iniquis , dabantur; Sacerdotes Dei contempti erant in tantum, ut etiam , ex ipsis fustigati & tonsurati nudi per plateas traherentur. Ecclesiae Dei, quae a religiosis , prius tenebantur custodibus, his , tribuebantur, qui contempta religiositate, donum Dei muneribus mercabantur, & erat luctus , inenarrabilis, & fletus immensus.

(49) Hic quoque seorsum leges *Capta Bari*. Sic enim tunc Barium efferebatur. De capra a Ludovico Bari meminit apud Baronium Erchempertus, dum inter causas cur Augustum a Beneventanis custodiae tradi permiserit Deus, hanc refert. *Secundo quia capta Bari, Seodam omnium hominum flagitiosissimum non juxta voluntatem Domini protinus, ut dignum erat, crudeliter interfici fecerit: oblitus videlicet* quid Samuel cum Agag rege Amalechitar. (1. Reg. XV.) fieri jusserit.

Verum adscripta verba a me frustra in Erchemperto quaesita, crediderim ex Anonymo Salernitano (quem scimus diu olim sub nomine Erchemperti ambulasse, antequam Peregrinius ei personam detraxisset) fuisse petita, aut certe undelibet potius quam ex vero Erchemperto: in cujus extremo cap. 33. haec tantum de Bario expugnato legimus: *Cum jam ad extremitatem maximam pervenissent Saraceni* (qui Bari diu a Caesare obsessi, pluries frustra tentati fuerant) *misso exercitu Barim cepit* (anno 871. men. Augusto) *capto in eo Saugdam effero Rege cum aliis nonnullis satellitibus suis. Deinde Tarentum obsideri jussit.*

[50] Potius *Marino* legendum est, ut in editis, & in Lection. S. Athanasii. [51] Pro *venire faceret*. Sicuti sect. 22. prope finem idem Corsin. *mansuescat* pro mansuefaciat. Alibi *Exsulo* pro Relego &c.

[52] Hoc est Ludovicus cum uxore, ut initio hujus sect.

, doluit, quod illeſus receſſit, ſed poſt animatus eſt ab iniquis
, & putridis conſiliariis. Miſit ad inquirendas tamen facultates,
, & res Eccleſie avidiſſime devorandum. Venientes in Epiſco-
, pio aſcenderunt locum theſauri, videruntque titulum: legentes
, non auſi ſunt aperire prius: tamen placere ei qui miſit volen-
, tes, aperierunt nichil de maledictione (53) heſitantes. Tunc
, unus ex his nobili genere, ſed mente nobilior, curſu velociſ-
, ſimo exivit, in hoc non conſentiens; plus Deum timens quam
, hominem. Reſpondete obſecro boni viri: de maledictione vel
, anathemate ſancti viri ac Sacerdotis Dei, quid cogitatis? Ti-
, more perculſi, inquiunt, hoc geſſimus tamen videbit ille qui
, hoc juſſit. Non bona eſt, ait (54) excuſatio, quia ſimilis qui
, obtemperat malo, ei, qui agit malum. Facientem, & obſe-
, quentem, par pena conſtringit. Et iterum: Virilem ſenſum Su-
, ſanne ubi ponitis, que dicit. Melius eſt incidere in manus
, hominis, quam delinquere legem Dei. Michi videtur, hono-
, rem ſeculi diligentes hoc perpetraſtis. Sed ſi brevis hujuſmo-
, di felicitas & caduca ejus gloria perpenderetur; in hoc magis
, Dei judicium, quod eternum eſt, quam hominum momenta-
, neam poteſtatem pertimeſcere debueratis. Vt Petrus ait, Opor-
, tet vos Deo obedire magis quam hominibus. Tunc diſtrahe-
, bantur cymilia, & res Eccleſiarum, & iniquis dabantur. Sa-
, cerdotes Dei contempti erant in tantum, ut etiam ex ipſis
, & tonſoratis nudis per plateas traherentur. Eccleſie Dei, que
, a religioſis prius tenebantur cuſtodibus, his tribuebantur,
, qui contempta religioſitate domum Dei muneribus mercaban-
, tur. Et erat in omnibus luctus inenarrabilis, & flentes dice-
, bant: Quid putas erit hoc? numquid mundi finis eſt? an An-
, tichriſtus exivit? nos talia non vidimus, nec audivimus, nec
, legimus facta fuiſſe tempore Valentis Impii Auguſti. Nec
, quando Eudoxia Johannem Sanctiſſimum a ſua ſede pepulit.

§.24. (55), Hoc nefandiſſimum ſcelus, & impium nuncium au-
, diens Hadrianus ſummus Pontifex, gemuit valde, ſimulque &
, omne collegium Sacerdotum, & qui timebant Deum: & mi-

, ſit

[53] Quam ſupra initio §.22. memoraverat. (54) Videtur intexi dialogus inter illum virum nobilem, quem paullo ante non conſenſiſſe dixerat, & ceteros conjuratos.

(55) In editis §. 24., Haec
, dum ad Adriani Papae notitiam
, devenissent, direxit unam epiſto-
, lam antefato judici, & aliam
, clero, & populo Neapolitano
, mandans, ut ſuum Pontificem
, reciperent, ſin autem anathema-
, tis vinculo innodarentur. Qui
, juſſionem Apoſtolicam pro nihi-
, lo computantes, nec Pontificem
, recipere, nec excommunicatio-
, nem ſervare voluerunt. Poſt haec
, Anaſtaſius Sedis Apoſtolicae Bi-
, bliothecarius una cum Caeſario
, Abbate ex parte Apoſtolici &
, Im-

, sit legatos suos cum epistolis Neapolim, una (56) cum antefa-
, to judici, & altera Clero, exortans eos, & deprecans, ut
, reconciliarentur, & susciperent suum Pontificem ut patrem
, & dominum, sin autem extranei essent ab ecclesiastico colle-
, gio, & a communione sacri Corporis, & Sanguinis Domini
, Nostri Jesu Christi. At illi jussionem Apostolice Sedis pro ni-
, chilo computantes, de suo Pontifice nichil gesserunt: insuper
, missas celebrabant. Iterum misit prefatus universalis Pontifex
, legatos suos Anastasium bibliothecarium (57) Virum eloquen-
, tissimum, & ad exorandum idoneum, conlux Cesarium re-
, verentissimum Abbatem, qui venientes Neapolim deprecave-
, runt eos vice Apostolici, & Augusti, ut suum Pontificem su-
, sciperent pastorem, & patrem: & noluerunt audire eos, in-
, flati ab eo, qui sedem suam dixit ponere ad Aquilonem. At
, ille jussus ab eo, a quo venit, firmavit priorem excommuni-
, cationem manifeste; in tantum ut etiam cum eis noluit intra-
, re in Ecclesiam. At illi & hanc excommunicationem pro ni-
, chilo habuerunt sicut priorem. Dic [58] mihi Sacerdos legisti
, & intellexisti statuta, vel precepta Sanctorum Patrum, Syllem-
, ticos? Interrogatus Syllemticos respondet; legi, inquit, & ex
, parte intellexi. Qua fronte presumpsisti accedere ad sacrifican-
, dum excommunicatus? Timore, inquit, ductus potestatis fe-
, ci, quia Deus misericors est, parcit, homo autem impius non
, parcit, scit Deus quali mente sacrificabam. Excusatio, ait,
, tua vana est, & ridiculum facit: nam cum surgis de gurgite,
, incidis in profundum abyssi. Quia sic debueras obtemperare
, jussis potestatis hominum, ut Dei voluntatem vel jussa sancto-
, rum

, Imperatoris Neapolim venien-, tes, eamdem civitatem anathe-, mate innodaverunt. Vir autem, Domini tristis & lugens & va-, gus dum pergeret huc & illuc, , bestialis illa Dalila eum perse-, qui non desinebat, submittens fi-, lios Belial, qui Sanctum Virum, Romae constitutum veneno in-, terficerent. Sed ille, qui non, dormit, neque dormitat, custo-, divit famulum suum ab omni pe-, riculo.

(56) *Vnam antefato judici* (i. e. Duci, nim. Sergio) *& alteram* &c.

(57) Fuisse hunc scriptorem sui temporis optimum, ejus scripta testantur. De Caesario ejus collega, quis aut unde fuerit, nescimus. In Corsin. quid illud *conlux* (& quidem cum lineola supra X) sibi velit, ignoro. Hoc tantum praestare queo, saepe in Corsin. pro i consono subrogari labialem litteram (l); ut *malorum* pro *majorum* &c. Itaq. hoc loco *conjunx* per errorem aut per compendium pro *conjunctim* exaratum videtur. Nisi vero sit medii aevi vox ejusd. notionis.

(58) Sequitur dialogus alter inter scriptorem aut fictam aliam personam, interq. *Syllemticum* sive *Sylleptícum*, qui neglecto Apostolico anathemate Missas celebrare sustinuit.

, rum pattum non contempneres. Melius tibi erat injuste mortem pati, & jugulari, quam perniciosa jussa implere, & dampnati eterno, & justo judicio. Vir autem Domini interea tristis, & lugens, & vagus dum degeret huc illucque; bestialis illa Dalila virum Dei persequi non cessabat, submittens filios Belial, ut quocumque modo sanctum virum extingueret, & ut ajunt nonnulli, multocies venenum misit etiam Romam ad hoc perficiendum. Sed ille qui non dormit, neque dormitat, custodivit famulum suum inter tot procellas seculi, & tribulationes servavitque illesum.

, §. 25. (59), Dum hec agerentur, Benebentani inspirati a Demone & ab Emulis viri Dei animati zelo ejus comprehenderunt Ludoycum Augustum virum pium, liberatorem scilicet Benebentane provincie, & custodiis manciparunt. Dum predictus Imperator custodia teneretur, & Athanasius Episcopus ut peregrinus degeret: excitavit Deus spiritum Hismahelitum, & venerunt Misenum, ac Salernum, ut ulciscerentur Augusti, & Presulis Athanasii opprobrium, sicuti filii Dei passionem Vespasianus, & Titus ulti (60) sunt. Videns vir Dei comprehensionem Augusti, ibit (*) Sirrento, & degebat cum germano suo. Quadam die cum sederet homo Dei, & sermocinaret cum germano suo Stephano Episcopo, subito cepit amarissime flere. Cumq. diu subsisteret, ejusque lacrymas non videret finiri germanus ejus, que nam causa insisteret tanti luctus inquisivit. Cui illico respondit vir Dei: Ecce misera Neapolis sub anathematis vinculo jacet obligata ab universali, & summo Pontifici, & mea (61) parvitate. Si utriusq. (*utrisq.*) nobis, quod humano ambo obierunt. Vadam, inquit, Romam, & rogabo summum Pontificem, ut solvat eam ab excommunicatione. Quod ut dixit, per Dominicum Episcopum ab Adriano PP. Missum, opere adimplevit.

(59) In editis §. 25., Inde quoque Vir sanctus recedens, Surrentum devenit. Quadam vero die, dum in eadem urbe cum Stephano Episcopo fratre suo resideret, subito coepit flere amarissime. Cumque diu subsisteret, ejusque lacrymas non videret finiri; quaenam causa existeret tanti luctus inquisivit. Cui illico respondit Vir Dei: Ecce misera Neapolis sub anathematis vinculo jacet obligata ab universali & summo Pontifice, & mea parvitate: si utrisque nobis (quod humanum est) finis mortis evenerit, quid erit de ea? quod & factum est, sicut praedixit: nam eodem anno ambo obierunt. Vadam, inquit, Romam, & rogabo summum Pontificem, ut solvat eam ab excommunicatione. Quod ut dixit, per Dominicum Episcopum ab Adriano PP. Missum, opere adimplevit.

(60) Quae ab initio hujus sectionis huc usq. narrantur, ea ex Erchemperti toto cap. 34. & initio 35. contracta sunt, sed ita ut haec eadem praestet ex Erchemperto aequali & accurrato scriptore discere.

(*) *Ivit Surrentum. Germano suo* (de quo mox) *Stephano* nomen erat, Surrenti Episcopo (61) De illo *vinculo*, de quo §. 22., agit, con-

, manum est, finis mortis evenerit, quid erit de ea? quod & factum est sicut predixit: nam eodem anno ambo abierunt. Vadam, inquit, Romam, & rogabo Summum Pontificem, & solvet eam ab excommunicatione: forsitan cessabunt qui me persequuntur: de me autem sicut voluerit, Deus providebit. Et ascendens navem Domino educante perrexit Gajetam, deinde equitando Romam, & susceptus est ab Adriano summo Pontifice, & universo clero, & optimatibus ejus cum gaudio. Statim sicut dixit rogavit Papam, & misit Dominicum (62) Episcopum, & solvit Neapolim a vinculo excommunicationis. Ille vero degebat Rome per aliquot dies.

§.26. (63), Post hec ibit ad Imperatorem Sabinis, ut periclitantibus & afflictis in partibus benebentane provincie, & Neapoleos subveniret. Cui junctus est Landulfus Episcopus Capuanus legatus Salerni, & apocrisarii Apostolice Sedis. Ubi auditum est a Cesare de eo, misit obviam ei optimates suos, & libentissime eum suscepit, osculans eum. Cui ille una cum Landulfo Episcopo dixit: Afflictionem populi & devastationem, ter-

cepto in modum anathematis latae sententiae, uti loquuntur. *Mea parvitas*, *mea exiguitas*, *mea mediocritas* (nam ut alibi observavi, *Mediocris* idem qui *Exiguus*) notae sunt in Ecclesiae monumentis Episcoporum se designantium modestae appellationes.

(62) Hujus Episcopi sedem alii quaesierint. Mihi interim duorum Dominicorum (quorum unus Bariensis, alter Triventinus erat) qui anno 877. Conc. Ravennensi interfuerunt, alteruter fuisse videtur. Imo qui Triventinus fuit, etiam in Rom. anni 879. reperitur. Postremo & quidam Eugubinus Dominicus anno 869. condemnationi Conc. CPolitani IV. subscripsit. Porro nomina propria *Syllemtici*, *Dominici*, *Landulfi*, *Anastasii*, *Caesarii*, *Antonii Abbatis*, *Ratchisi Regis* &c. (ut omittam locorum atq. temporum notationes) fidem narrationibus hisce conciliant.

[63] In editis. §. 26., Posthaec, Vir Sanctus Adriano PP. valefaciens, ad Ludovicum Imperatorem tunc in Sabinis remorantem profectus & ab eo cum ingenti honore susceptus, & cum eo Romam regressus, hortatu jam dicti Apostolici cum Imperatore ad Saracenos expugnandos, & sedi suae restituendus profectus, ad civitatem Verulanam devenit, in qua tertio Kal. Julii celebravit diem Apostolorum. Peracta Missa coepit febribus anhelare, & pertractus in eadem infirmitate, Deo dignus & carus Athanasius ab hac carnea subtractus est faece, & suo Creatori novissimum reddidit spiritum in Oratorio S. Quirici, quod bis senis millibus a Monasterio S. Benedicti distat, Idibus Julii, Indictione quinta, regnante Basilio Imperatore. Praefatus autem Venerabilis vir ante Episcopatum vixit decem & octo, & in Episcopatu sedit annos XXII, & in angustia hujus saeculi fuit menses viginti unum.

, terre, quam tu liberasti per Deum, innotescimus vestie potestati. Veni Domine & liberator patrie nostre: ignosce peccantibus (*) in te, sicut Dominus pro persecutoribus suis. Nam divino adjutorio fretus fortissimo, victor eris & gloriosus in universo mundo. Inclinatus est Rex verbis & precibus ejus, & una cum eo venit Romam, & ingressus basilicas Apostolorum obtulit dona Deo, & Apostolis ejus: susceptus est ab Adriano summo Pontifice, & confirmatus est ab eo in hoc opus agendum. Cui & Athanasium sanctum dedit, ut secum duceret, & quocumque modo sue sedi restitueret. Et arripuerunt iter Domino comitante, & venientes in loco, qui dicitur Berulas, detinuit se Cesar fatigatus ex itinere. Famulus Domini Athanasius cum esset in comitatu Augustali, tercio Kal. Julias celebravit diem Apostolorum: (64) peracta missa cepit febribus anhelare, & pettractus in eadem infirmitate Deo dignus & carus Athanasius ab hac carnea subtractus est fece, & suo Creatori novissimum reddidit spiritum in oratorio Sancti Quirici, quod bis senibus millibus a Monasterio Sancti Benedicti distat. Idus Julii indictione quinta, regnante Basilio Imperatore. Qui vero prefatus venerabilis vir ante episcopatum vixit decem & octo annos: & in episcopatum sedit annos viginti duo, & in angustia hujus seculi fuit menses viginti unum.

§. 27. (I), Inde portatus est usque ad montem Casinum

(*) Iis scil. qui te paullo ante comprehenderunt.

(64) Cetera sectionis huius, imo & major pars sectionis 27. eisdem verbis (paucissimis voculis exceptis) tam in editis, quam in Corsin. decurrit, usq. ad *postulant*.

(I) In editis §. 27., Inde portatus, est usque ad Montem Casinum flentibus omnibus (*repone ex Corsin.* hominibus) sed exultantibus Angelis: , quem suscipiens omnis Sancta Congregatio illius Monasterii, digne, ac decentissime Sanctissimum Corpus condiderunt in Ecclesia Beati, Principis Apostolorum, quae a, Rechiso Rege constructa est, &, jungitur Basilicae Sancti Benedicti, ubi exuberant multa mirabilia per eum ad laudem Domini nostri Jesu Christi usque in, praesentem diem. Vnum namque de miraculis multis, quod, per eum Dominus ibidem operatus est, huie sermoni conjungam ad aedificationem legentium & audientium. In eodem, namque Monasterio homo quidam erat lumine privatus a praeteritis annis, qui assidue in Ecclesia, ubi viri Dei Corpus quiescebat, orare consueverat, qui, offendens, sicut mos est talibus, super sepulchrum ejus advenit; , cujus labente pede cecidit, statim tenebras oculorum repulit, , & lumen recepit. Qui mox salutis gaudia suscipiens, luminis, decorem omnibus ostendebat, , glorificans Deum, qui talia per, servum suum Athanasium operatus est. Tunc omnes gaudio repleti, qui ibidem erant, videntes hoc miraculum, exultantes, di-

, num (65) flentib. hominib., sed exultantib. angelis, quem suscipiens ,omnis sancta congregatio illius monasterEii digne ac decentissi-, me Sanctissimi Corpus condiderunt in cclesia beati principis , Apostolorum , que a Rechiso (66) rege constructa est, & , jungitur basilice Sancti Benedicti , ubi exuberant multa mira-, cula per eum ad laudem Domini nostri Jesu Christi usque in , presentem (**) diem.

, Vnum namque de multis miraculis, quod per eum Domi-, nus ibidem operatus est , huic sermoni conjungam ad edifica-, tionem legentium, & audientium . In eodem namque mona-, sterio homo quidam erat lumine privatus a preteritis annis, , qui assidue in Ecclesia ubi viri Dei Corpus jacebat, orare con-, sueverat, qui offendens sicut mos est talibus, super sepulchrum , ejus advenit. Cujus labente pede cecidit, statim tenebras ocu-, lorum repulit, & lumen recepit. Qui mox salutis gaudia su-, scipiens , luminis decorem omnibus ostendebat , glorificans , Deum, qui talia per servum suum Athanasium operatus est. , Tunc omnes gaudio repleti , qui ibidem erant videntes hoc , miraculum, exultantes dicebant: Benedictus es Christe Redem-, ptor, qui tale lumen nostris regionibus nobilissimis (cor. *novissimis*) , diebus , hoc est Sancti Athanasii pignus nobis donasti. Et hoc , dicebant admirantes: Si non postulatus talia donat, quam largus , erit

, dicebant: **Benedictus es Domine** , Redemptor, qui tale lumen no-, stris regionibus , novissimis die-, bus, hoc est, sanctum Athanasii , pignus nobis donasti. Et haec , dicebant admirantes: Si non po-, stulatus talia donat , quam lar-, gus erit his , qui Dei beneficia , devotissime per eum postulant? *Huc usq. edita cum Corsin. congruunt: hinc rursus , uti vides , dividiae.*

, Sepultus est autem Beatissimus , Christi Confessor Athanasius Epi-, scopus apud Castrum Casinum , Civitatis Eracleae, (*Istud* Civ. Eracl. *aut ad Geographiam aevi medii pertinet; aut verisimiliter est a librario somniculoso infartum*), Idus Ju-, lii, regnante Domino nostro Jesu , Christo, qui cum Patre & Spiritu , Sancto vivit, & regnat Deus per , omnia saecula saeculorum. Amen.

(65) *Casini* nomine non tantum celebre in Latio Adjecto municipium venit , sed & imminens mons , ut hinc appareret, *Mons Casinus* vocabatur , ut & hodie dicitur . Quo spectat illud Chronici Casin. I. 6. *Monasterio S. Benedicti hic in Casino* (monte scil.) *concessit* . Fluebat etiam in vicino *Casinus* amniculus: de quo vide Abb. de Nuce ad Chron. Caf. II. 1.

(66) Anceps in Corsin. lectio erat, ut nescires utrum *Recluso*, an *Rechiso* scriptum fuerit. At hoc alterum in Lect. & in editis legitur. Est porro ille *Rachis* sive potius *Ratchis* Rex Langobardor. qui , monente Zacharia PP. monachus Casinensis est factus, uti legitur in Chronico Casin. I. 8. Vbi tamen de hac Ecclesia ab illo facta Leo non meminit: qui ceteroqui vineae ab eo plantatae & inhabitatae mentionem non omisit. (**) Vide quae de hac clausula diximus sup. Cap. I.

„ erit his, qui Dei beneficia devotissime per eum postulant. Hujus Sanctissimi viri facta ego tantillus minutatim explicare si voluero, facilius ut reor tempus assumitur (*absumitur*) quam fandi sermo terminetur. Tamen si quis medullitus nosse desiderat qualiter sanctissimum ejus Corpus a jam dicto Monasterio beatissimi Benedicti Neapolim transvectum est post (67) quinquennium, sanum & integrum una cum linteaminibus odorifero flagrans (68) odore suavitatis, & per successorem, atque nepotem homonimum & synonimum ejus collocatum est in porticu (69) Sancti Januarii Christi martiris, juxta decessorem & nutritorem ejus, occurrente sanctis ejus obsequiis cuncto populo Neapolitano, & miracula, que tunc facta sunt, & fiunt usque actenus; apud ejus Ecclesiam (70) scriptum inveniet: glorificans Deum, qui glorificat Sanctos suos, & per eos ipse glorificatur, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat Deus in secula seculorum. Amen.

CAPUT VII.

In libellum Translationis S. Athanasii.

PARS I.

I. Quid hic auctor TEMPLUM S. JANUARII *vocaverit: II. de Cathedralis Neapolitanae monasterio.*

I. JAm olim in Differt. de Cathed. unica Par. I. p. 45. adnot. 37. ostenderam ab hujus Translationis auctore Cathedralem fuisse *Ecclesiam S. Januarii* vocatam, ducto argumento ex §. 8. cum §. 22. collato. Nam ex sectionis octavae exordio satis datur intelligi corpus S. Athanasii ex Casinensi monasterio *Ad S. Januarii templum* fuisse portatum. Cumq. IX. saeculo *Ecclesia S. Januarii* illa intelligeretur, quae extra muros urbis erat & adhuc est, hinc is locus de extramurana basilica passim ad hunc diem accipiebatur.

(67) Hinc vides, quantopere Caracciolus aberraverit, qui vitam hanc illo quinquennio, quod inter mortem atq. Translationem Athanasii intercessit, scriptam existimavit. Quid huic faceres, qui Cod. Corsinianum numquam vidisset? (68) Istud *flagrans* cave damnes; nam antiquis *Fragro* & *Flagro* peraeque dictum fuisse, ostendunt vetusti operum S. Ambrosii scripti codices, ad quos Benedictini suam editionem conformarunt: in qua editione *Flagro* pro *Fragro* millies legitur.

(69) *Sancti Januarii* nomine Cathedralem intellige, quae hujus biographi aetate jam sibi *S. Januarii* nomen adsciverat: de quo vide loca libelli Translationis, quae cap. seq. par. 1. & 2. exponemus.

(70) Hunc locum sup. cap. 1. illustravimus: ex quo ostenditur, Regesta miraculor. (& quidem munita suis testificationibus, un- de & *Experta* vocabantur, ut alibi dixi) in suis Ecclesiis fuisse asservata. Vide p. 356.

At vero §. 22. in sanatione pueri cujusdam dicitur ejus matri apparuisse quidam, qui moneret ut ad Athanasium confugeret, statim puero auxiliaturum. Cui mater: *Ubi eum, Domine, quaesitura pergam? Ille respondit: In Ecclesia SALVATORIS, vel* (particula *vel* aevo sequiore raro disjungebat, saepius copulabat] *vel ad venerabile ejus sepulcrum*. Ergo Athanasii sepulcrum in *Ecclesia Salvatoris*[quo nomine non alia quam Cathedralis veniebat) re vera fuit. Ex quo & illud sequitur, *S. Januarii templum*]ad quod §. 8. Athanasius portabatur[ipsam fuisse Salvatoris Ecclesiam sive Cathedralem.

Hic siquis excipiat, initio quidem *ad S. Januarii Templum* extramuranum corpus fuisse delatum; at brevi post tempore inde in Salvatoris Ecclesiam fuisse transvectum, & in hac tum fuisse, dum puer iste sanaretur; nullius roboris exceptio erit. Etenim auctor debuisset posterioris hujus ab extramurano templo in Salvatoris ecclesiam sive Cathedralem translationis meminisse; praesertim qui eam sanationem narraret, quae non in priore extramurano sepulcro, sed in posteriore intramurano patratum fuisset.

His accedit id, in quo rei caput est, quodque poenitet a me sero animadversum fuisse. Nam verba illa ineuntis octavae sectionis, *Ad S. Januarii templum*, nectenda sunt cum fine sectionis superioris: ex quo patet, istud *S. Januarii templum* non aliud intelligi, quam *Sedem propriam* Athanasii, h. e. cathedralem. Quis enim extramuranam ecclesiam *sedem* illius *propriam* appellasset? Nam sectio VII. sic definit: *Tunc... Praesulis* [Athanasii] *corpus ad SEDEM PROPRIAM detulerunt*. §. 8. *Sed illo in itinere, quo tendebatur ad S. Januarii* (71) *templum* (quod proxime *sedem propriam* nuncupaverat) signum quoddam accidisse ab auctore narratur.

His postremo & hoc adde, quod haud scio an sit omnium maximum, nim. quod §. 9. Athanasius in Oratorio S. Laurentii ejusdem Neap. sedis antistitis sepultus dicatur. Atqui hoc oratorium non in extramurana S. Januarii basilica, sed in Cathedrali fuit, ut infra demonstrabitur,

Ex his igitur, vel si cetera argumenta desint, hunc auctorem sive extremo ipso XI. saeculo (quo primum tempore nomine *Ecclesiae S. Januarii* sine alia adjectione, Cathedralis intelligebatur: dum interim ut illa altera extra muros designaretur, additamentum aliquid διακριτικὸν adjungebatur) vel potius

(71) Eadem appellatio rursus mox sect. 9. occurrit: *Omnis illa multitudo psallentium cum sanctis exsequiis* (reliquiarum Athanasii) *ad templum sancti properans Januarii, ascendentes ingressi sunt basilicam*.

tius ineunte XII. (ut sup. extremo cap. 2. demonstravi) duos hosce libellos elucubrasse.

II. Viso, non in alium locum a Cathedrali reliquias Athanasii fuisse ab initio translatas, jam & illud sequitur, *Monasterium Sancti Januarii*, in quo primum miraculum patratum fuit, non alibi quam in Cathedrali fuisse. Sic enim §. 10. auctor sanationes exorditur: *Quae vero beneficia tunc ad ejus sepulcrum Dominus praestiterit . . . perstringam. In EODEM namq. monasterio* [*Eodem* ait, quia in eadem ante dicta S. Januarii Ecclesia sive Cathedrali erat) *In eodem*, inquit, *monasterio Sanctissimi Januarii, erat quidam monachus Anastasius nomine*. Hic insanabili morbo laborans, ad Athanasii sepulcrum sanatus est. Et hoc quidem monasterium plane ignoraremus, absque hoc libello esset: ex cujus notitia plura rerum nostrarum consectaria elici possent, si nunc, postquam haec Diatriba justo jam longior evasit, adhuc liberius vagari liceret.

PARS II.

De S. Laurentii Episc. Neap. Oratorio.

Laurentiani Oratorii notitiam libello Translationis Athanasianae unice debemus: in quo §. 9. sic legitur. *Omnis illa multitudo psallentium cum Sanctis* (Athanasii) *exsequiis ad templum sancti properans Januarii* (en rursus *Templum S. Januarii* est trita tunc temporis nostrae Cathedralis appellatio) *ascendentes ingressi sunt basilicam* (Cathedralem) *&* *deposito locello, juxta Altare posuerunt*; *ibiq. summus Pontifex* (Athanasius junior) *laudis sacrificavit hostiam... Mox levantes corporis sanctum pignus, & Diaconus imposita Antiphona APERITE* [72] *&c. universus populus in ingenti fletu conversus, educentes eum EXTRA FORES* (hinc locus Oratorii S. Laurentii παχύτερον demonstrari potest) *IN ORATORIUM sancti & Conf. Christi LAURENTII ejusdem sedis Antistitis, juxta sanctissimi Joannis antecessoris & nutritoris ejus* [Athanasii] *ANTRUM* [73] *diligen*

(72) Antiphona tota haec fuit: *Aperite mihi portas justitiae, & ingressus in eas confitebor Domino: haec porta Domini, justi intrabunt per eam*. Hactenus Antiphona est: post quam sequitur: *Tunc universus populus*, & reliqua ut supra.

(73) Ex omnibus maculis quas ope Corsiniani eluimus, haec omnium foedissima erat. Quid enim hoc sibi voluerit? *Juxta sanctiss. Joannis . . ornatum . . sepulturae tradiderunt*. Si sic interpreteris, Neapolitas in sepeliendo Athanasio *Ornatum* Ioannei sepulcri fuisse imitatos; frigidissimum erit. Et tamen haud alio spectavit, opinor, qui quod ante scriptum fuit, in τὸ *Ornatum* mutavit, arbitratus, τὸ *Diligentissime & digne* (quod sequitur) non aliud quam ut *Ornatum* legeretur, requirere. Verum

gentissime & digne sepulturae tradiderunt. Cetera §. hujus inferne [74] adscribimus. Ergo uti diximus in Cathedrali ipsâ S. Laurentii Episc. Oratorium fuit: nec plerique scriptores nostri sunt audiendi, qui ex injecta *Templi S. Januarii* mentione istud S. Laurentii oratorium non alibi quam in extramurana S. Januarii Ecclesia collocarunt: quos scil. fugiebat, undecimo ac XII. saeculo aedem Cathedralem haud ferme aliter quam *S. Januarii basilicam* fuisse appellatam.

Nec illud te turbet, quod *Extra fores* Cathedralis elatum corpus fuisse dicatur, ut in Oratorio S. Laurentii conderetur. Vtrumque enim verum est, & quod *Extra fores* id oratorium fuerit, & quod ad Episcopii *συνεχίαν* pertinuerit. Nam ita *Extra fores* Cathedralis S. Laurentii Oratorium erat, ut tamen idem atrio ejusdem aut inhaereret aut adhaereret. Nisi enim ita fuisset; quomodo verum erit, Athanasium ad *propriam sedem* suam fuisse reductum, nec non ad *Templum S. Januarii* h. e. Cathedralem portatum, ac postremo non alibi quam in *Ecclesia Salvatoris* fuisse Athanasianum sepulcrum? Has enim locutiones omnes libellus hic continet (de quibus vide sup. par. 1.) quae tum demum verae erunt, si in atrio [in parte scil. Episcopalis aedis] fuerit hoc S. Laurentii, de quo quaerimus, oratorium: in quo tumba tum S. Joannis (75) Scribae tum etiam Athanasii fuit. Verum quid frustra moramur? Pro *Ornatum*, quod nihili est, scribe ANTRVM, quod exserte in Corsiniano, & in Lectionib. legitur. Imo eadem vox *Antrum* infra §. 11. aeque in Corsin. & in editis usurpatur. *Adductus ab beatiss. Praesulis antrum*.

(74) *Sepulturae*, inquit, *tradiderunt cum ipso locello, cum quo adductus est, I. Kal. Augustas*. Istud I. Kal. tantumdem est quod die 31. Julii. Verum nota illa *μονάδος* abest non tantum a Corsiniano, sed etiam a Lect. Scribe igitur ex Corsiniano, *Cum quo adductus est, Kalendas Augustas*. Tamen ejus Translationis festum transpositum postea fuit. In schedis Lotterianis (sup. p. 326.) habetur die V. Aprilis. Hodie die V. Martii celebratur.

Petgit: *Bene hoc cogitantes, ut quorum* (Joannis IV. scil. & Athanasii) *mens semper in Domino una fuerat, eorum quoque corpora nec locus sepulturae separaret: ut qui pheronymi* (φερώνυμοι ii sunt, quorum nomini facta respondent: & quidem Joannes *gratiam*, qua redundabat, Hebraice notat, Athanasius autem nomine & ipsa re *Immortalis* erat) *Vt qui*, inquit *pheronymi fuerunt, congruum nominis meritum a Domino pertulerint*.

(75) Fortasse aliquis objecerit, S. Joannem IV. non in Cathedrali sed in S. Januarii basilica, teste Joanne diac. fuisse sepultum; eumq. locum a nobis Par. III. in S. Joanne, de extramurana aede S. Januarii fuisse intellectum. Ita sane. Verum ibid. pag. 294. Adnot. 2. contendimus, eumdem Joannem ab illo extramurano templo traductum fuisse in Cathedralem

Verum cur diutius rei clarissimae immoror? Cur non potius jugulum ipsum causae peto? Nam tria maxime in hoc toto negotio certissima esse video. I. Horum primum illud est, *S. Januarii templum* sive *basilicam*, in quam ab hoc auctore S. Athanasius e Casinensi monasterio translatus dicitur, non aliam fuisse quam Cathedralem; idque Par. superiore num. I. liquido demonstravi. II. Alterum illud est, eumdem S. Athanasium in Atrio Cathedralis fuisse sepultum. Id vero non solum ex proxime allato Translationis loco didicimus, ubi EXTRA FORES Cathedralis positus narratur, sed & ex alio multo luculentiore loco in fine Athanasianae vitae; quem tamen edita non habent, sed eumdem codex nobis Corsinianus servavit. Vide cap. super. in fine §. 27. ubi haec verba reperies, quae litem finiunt. *Sanctissimum ejus* (Athanasii) *corpus a jam dicto monasterio* (Casinensi transvectum) *collocatum est in PORTICV SANCTI IANVARII Christi Mart. juxta decessorem & nutritorem ejus*, nempe S. Joannem IV. Quibus verbis, quod *Sancti Januarii* tantumdem sit quod *Cathedralis*, id jam parte super. evicimus. Jam vero estne quisquam tam plumbeus, quin *Porticum* (76) tantumdem esse quod Atrium fateatur? In confesso est igitur, Athanasium in Atrio Cathedralis sepulturae honorem fuisse adeptum. III. Ex quibus & hoc tertium sponte fluit; nim. *Oratorium S. Laurentii* non alibi, quam in Atrio aedis Cathedralis quaerendum esse; quippe cum ex loco proxime adscripto didicerimus, eumdem Athanasium illatum fuisse *in porticum*, simulq. *IN ORATORIVM sancti & Conf. Christi LAVRENTII ejusd. sedis Antistitis, juxta sanctis. Joannis... Antrum*.

Et jam quidem situs Laurentiani Oratorii in Atrio liquidissime patuit. Tamen videamus numquid lucis Joanni diac. afferri possit, dum Andream ducem in *basilica S. Laurentii ad fontes* ex imposito sibi a Contardo vulnere occubuisse narrat. Is quidem locus sic in S. Joanne IV. legitur: *Idem Contardus* [Lotha-lem & in Oratorio S. Laurentii positum, sive ab ejus alumno S. Athanasio, sive ab juniore Athanasio antequam patrui sui corpus Casino Neapolim reducturus esset.

(76) Nam quia Cathedralium atria erant τετραστῷα (*quatuor in quadrum porticibus cincta*: unde & *Quadriporticus* dici consueverant) hinc merito interdum *Porticus* tantumdem quod Atrium. Aut si mavis singulam hic *Porticum* accipere; tum dicemus *Sanctam porticum* posse intelligi (ea aliter *Propylaeum* vocabatur: in qua Poenitentes & Catechumeni erant) cui nim. Oratorium S. Laurentii adhaerebat. De hac Porticu loquitur Greg. Turon. V. 49. & Concil. Nannetense can. 6. his verbis: *Prohibendum etiam . . . ut in Ecclesia nullatenus sepeliantur, sed in Atrio aut in Porticu* (hic *Atrium* a *Porticu* tamquam totum a parte distinguitur) *aut in exedra* (i. e. cubiculo aliquo) *Ecclesiae*.

tharii legatus]... *conjuravit cum inimicis Andreae Consulis, & eum in loco basilicae S. Laurentii, qui ad Fontes dicitur, gladio percussit, & consulatu suscepto, eamdem* [dudum sibi desponsam] *duxit Eupraxiam*. Non id nunc agam, utrum haec cum Vbaldi [77] narratione conciliari possint. Id ago, an haec *S. Laurentii* [Martyris ne an Episcopi, non dicitur] *basilica* quidquam cum proxime memorato S. Laurentii Oratorio commune habeat. Equidem jam antea conjiciebam, unum idemque fuisse: nunc ve-

(77) *Vbaldus cum Joanne Diac. conciliatur. Episcopii ambitu etiam adjacens praetorium continebatur.* Nam Vbaldus in chronico Ducum Neap. Andream non in dicto Oratorio, sed domi suae confossum tradit, de Contardo sic narrans: *Invadit in propria domo Ducem Andream & interfecit*. Sed facile est utrumq. conciliare. Joannes diac. dixit id factum *In loco basilicae S. Laurentii*. Quibus verbis τὸ *In loco* non videtur ipsam basilicam designare, sed viciniam, in qua forsitan Andreae manus injectae fuerunt. Aut vero Vbaldi verba sic accipe, ut in Andream, dum domi esset, impressio facta fuerit. At idem exiliens, in Oratorium Laurentianum forsan confugit, ibiq. demum oppressus fuit.

Nec aliter in Contardi nece alterum simile Joannis diac. cum eod. Vbaldo dissidium componemus. *Neapolitani* (Diaconus ait) *commoti de morte turpissima sui Ducis* (Andreae) *post tres dies unanimes irruunt Episcopium, quo ipse manebat, & confecto feroci bello Contardum, suamq. conjugem & homines ejus trucidarunt*. Vbaldus contra, *In propria domo Domini Ducis* caedem Contardi & uxoris patratam scripsit: forsan quia Contardus in praetorio impetitus, in vicinum Episcopium exsilierat. Vel potius quia forsitan *Episcopii* nomine non tantum Episcopalis basilica, cum omnibus oratoriis adjacentibus, itemq. Episcopale hospitium, verum etiam & ducale praetorium (propterea quod Episcopio assideret) contineretur. Proderit pauca ex Vbaldo adscribere. *Petrus de Lullo* (factionis caput) *cum magna caterva venit ad PLATEAM cum maximo gaudio omnium civium, & aggressus in propria domo domini Ducis* &c. Contardus qui recens e Francia advenisset, nullam Neapoli propriam domum possidebat. Ergo *propria domus domini Ducis*, idem est quod peculiaris domus dominorum Ducum in qua is, invasa tyrannide, commanebat. Ante id vero ducale praetorium unaque ante Episcopium objacebat spatiosior area, quae κατ' ἐξοχὴν *Platea* vocabatur. Nec platea sola, verum & praetorium, & pleraq. regionis illius non raro *Episcopii* nominis ambitu continebantur. Jam vero in platea (non vero in Episcopio stricte sumpto) committi pugnam, de qua Diaconus loquitur, decuit. Sed tamen, uti dixi, & *Platea* & quae circa erant, cuncta *Episcopium* dicebantur. Eoque Contardus in *Episcopio* confectus Diacono dicitur, qui in Praetorio adjacente Episcopatui oppressus fuerat. Haec eo pluribus exposui, quod scire, quousq. vox *Episcopii* pertineat, ad plures inextricabiles difficultates enodandas sit valiturum.

vero detectis recentibus ejus rei vestigiis unum idemq. fuisse sacellum, tum Joannis diac. Laurentianam [78] basilicam tum etiam hujus libelli Translationis *Oratorium S. Laurentii* Episcopi, multo confidentius censeo. Et quidem Joannes diac. cum adjectione *Ad fontes* usurpavit: neq. id temere, ut arbitror. Nam sicuti S. Joannis sacellum Stephaniae tribunali adhaerens cognominabatur *Ad fontes* propter aquarum ad implendum baptismale lavacrum scatebram [ut in Diss. de Cathedr. unica pag. 354. adnot. 34. dixi) simili de causa scaturiginem aliquam fuisse ibi necesse est, ubi *Basilica* S. Laurentii, cujus Diaconus meminit, sita erat: ab ea vero scatebra prorsus nomenclationem *Sancti Laurentii ad fontes* profluxisse. Nec profecto alios in eo loco salientes possum animo concipere, quam qui in omnibus Cathedralium atriis erant; ex quibus scil. in media subdivali area labrum, ad eluendas sordes comparatum, redundabat. Exstat nunc etiam in Salernitano atrio hujus generis immane labrum. Ceterum ne me quisquam uti prorsus vanum augurem derideat; sciat me nuper ex tabellionum chartis didicisse, e regione aediculae S. Marciani [quae prope Cathedralis atrium erat] designari quamdam in proximo aquarum ingentem conceptionem, ex qua fons antiquitus prosilierit (ut in iisdem chartis proditum reperi) nec, opinor, fons alius quam qui olim ad usus atrii pertinuerit. Mitto jam quod inter S.Marciani aediculam & veteris Atrii locum plurimos aquarum ductus nuper effossos fuisse audio.

Postremo siquis objecerit, illam Joannis diac. *Basilicam* adjectione *Episcopi Neap.* carere; protinus respondebimus., ab ea pariter abesse consuetum illud, *Levitae & Martyris*, ab eod. addi solitum, ubi de hoc Martyre sermo fieret. Sic in Joanne XXII. ab hoc factam dicit Ecclesiam *Laurentii Levitae & Martyris*: qua parte urbis, non memorans.

Et jam quidem finieram, cum subiit animum, apud quemdam (79) nostratium scriptorum reperiri traditum, sacellum illud, quod nonnullam praesefert vetustatem, per quod ex aedibus Seminarii in hodiernae Cathedralis crucem aditus patet, fuisse ipsum vetus S. Laurentii Episcopi oratorium. Quem quidem arbitror falli prolixe. Nam quod modo designavi sacellum, non mi-

(78) *Basilicae* vox eo tempore nihil singulare aut magnificum praeseferebat. Mediocres ecclesias imo & aediculas reperiri vocatas *basilicas*, jam alii observarunt. Quin etiam & *Basilicae* vocatae fuerunt aediculae quaedam, quas Franci veteres magnarum tumulis imponebant, uti Cangius ex Lege Salica firmari ait.

(79) Is est Canonicus Celanus, qui pluribus commentis res Neapolitanas commaculavit. Is, ni fallor, primus omnium dixit, Oratorium S. Laurentii Episc. fuisse illud, per quod e Seminario Cathedralis aditur. Cave credas.

mihi videtur Andegavensibus temporibus fuisse antiquius: quod & concamerationis, & picturarum effigies praesefert. Deinde hoc idem sacellum ab antiquo *S. Pauli de Humbertis* fuisse nuncupatum [quae appellatio utrum ad Humbertum Archiep. sit referenda, haud facile dixerim] ex pluribus antiquiorib. Visitationibus, & ex statu Ecclesiae Cathedralis jussu Hannibalis de Capua accurate descripto, compertum habeo.

PARS III.

Breviores aliquot in eumdem Translationis libellum animadversiones.

SICUTI auctor hic in contexenda vita pleraq. rerum Athanasii monumenta ob oculos habuit, ex quibus tot rerum gestarum circumstantias, tot hominum nomina propria prodidit, quae haud dubie scripta repererat; haud aliter in scribenda Translatione ad manus habuit rei gestae commentarios, quos ipse perpolivit: alioqui quo pacto, ut taceam peculiares circumstantias, quo inquam pacto nomina eorum, qui missi fuere, qui interfuere, quibuscum depacisci aut res transigere necesse fuit, tenere potuisset? Haec quivis per se poterit animadvertere. Nos praeter jam proxime dicta, carptim siqua porro succurrent, enotabimus.

§. 1. Proxime initium: *Licet omni mundo* (cor. ex Corsin. *Omnimodo*) *adsint*. Idq. poscit sententia. §. 3. *Sed resistebant ei* [Athanasio jun.] *antiqui aemuli & benefactores* [h. e. malefactores, ut recte hic Bollandista Cuperus: sumpta est antiphrasis ex libro Job, in quo *Benedicere* contrarium notat] *qui eum vivum oderant.. ut nec defunctum reciperent*. Carpit Sergii Ducis adhuc vivi (nec enim nisi anno seq. poenas dedit) asseclas. Mox qui ab Athanasio Jun. missi fuerant, *Ingressi Monasterium S. Benedicti, quod SVB Monte Casino est, salutaverunt Bertarium Abb.* De hoc Abbate videatur noster Cam. Peregrinius in eorum Abbatum serie accuratissima. Sed quo istud *Monast. SVB monte Casino?* quia Bertarius Abbas tunc temporis in inferiore monasterio morabatur: quod initio suo exiguum, deinde extremo VIII. saeculo a Gisulfo Abb. magno opere ampliatum fuerat. Hoc vocari solet in Chron. Casin. *Monasterium quod DEORSVM est*, sicuti superius dicebatur *Monasterium quod sursum est*. Sed eo redeo. *Salutaverunt*, inquit, *Bertarium Abb. & fratres, atq. dixerunt: Dominus noster & pastor Athanasius* [junior] *Episc. VESTER COMMENDATVS, vobis precando direxit, ut depositum nostrum nobis reddatis, nim. S. Athanasii reliquias*. Quid sit illud *Vester commendatus*, ne hic longum faciam, in ima (80) pagella reperies. Extrema sectionis hujus paullo meliora in Corsiniano sunt. *Non enim convenit, ut a propria sede sit EXTORRENS* [pro *Extorris*]

a qua

(80) *De diversis Commendatorum modis aevi medii.*

Istud COMMENDATVS VESTER quo pertineat, haud quis facile expediverit. *Commendati* (aliter *Commenditi*) aevo medio pluribus modis accipiebantur. Interdum liberti intelliguntur, quibus per *Chartam ingenuitatis* in libertatem adsertis facultas dabatur sive Ecclesiae sive alteri cuicumq. personae se commendandi, ut suam ingenuitatem tuerentur, ut ex Marculfo, & aliis ostendit Ducangius. Saepius autem sunt liberi ipsi & ingenui, qui sub potentiorum tutela & patrocinio vivebant, quibus vicissim servitium aut praestarionem annuam exsolvebant: ex quo accidit, ut non raro servile id nomen evaserit; licet re vera qui quamvis deterrimo jure *Commendati* vocabantur, ii ceteroqui ingenui essent, nec tam servi, quam *servitores* (si sic vocare liceat) dici possent. De his formula illa apud Sirmondum est accipienda: *Minime habens, unde se pascere vel vestire debeat, ideo petii pietati vestrae, ut me in vestrum mundiburdum* (i. e. patrocinium) *tradere vel commendare deberem . . . ut me tam de victu quam & de vestimento, juxta quod vobis servire potuero, adjuvare vel consolare debeas, & . . . ingenuili ordine tibi servitium vel obsequium impendere debeam* &c. Ac mos de quo agimus, perantiquus fuit. Celebre apud veteres *jus applicationis* erat (de quo videatur Turnebus in XXIV. Adver. 32.) quo inopes rerum omnium se opulentioribus in clientelam dabant. Id *commendare se in clientelam* Terentio dicitur. Sicuti vicissim & *Applicare se* pro *Commendare* aevo medio dictum fuisse, ex tabulario monasterii S. Satyri Cangius adprobat: quem vide, si tanti est.

Et horum quidem nihil cadere in Athanasium potuit: nisi vero sic interpretemur, Athanasium a se missis, uti se *Commendatum* sive servitorem dicis causa vocarent, in mandatis dedisse; sicuti & hodie nullo cum status detrimento sese alter alterius *servitorem* vocare assolet.

Quamquam ecclesiasticae etiam personae his temporibus se quovis modo alteri commendabant. Joannes PP. VIII. Ep. 303. mentionem facit de quodam *Joanne diacono fidele commendato nostro*. Hi ipsi, de quibus tamdiu loquimur, interdum *MANIBVS commendati* vocabantur: cujus locutionis plurima loca Fresnius affert.

Fieri vero & illud posse videbatur, sese Athanasium aliquando devotionis causa Abbati Casinensi obtulisse ac *manibus commendasse*, professurum monachatum, quandocumq. Abbati placuisset. Hujus enim generis est illa apud Mabillonium (Praefat. I. in saec. VI. Bened. cap. XXXVII.) Berengarii professio hisce verbis concepta. *Anno ab Incarn. Dom.* 1162. . *ego Berengarius de Mayrosio, volens renuntiare terrenis & inhiare caelestibus, TRADO IN MANV* (en illud *Commendare manibus*, de quo supra) *Dom. Richardi Abb. meipsum, ad monachicum habitum suscipiendum quando Dom. Abbati placuerit; sed & in praesentiarum promitto ei obedientiam secundum Dei & B. Benedicti regulam*. Ejusdem generis fuisse *Donati* & *Donatae* videntur, qui in saeculari habitu monasteriis addicti erant, quiq. se & bona sua monasteriis donabant. Hoc modo

a qua operante antiquo hoste vivens ejectus est.

Sed & sectionis 4. initium in Corsin. est paullo pulchrius. *Videns Abbas & cuncta Congregatio, divina inspiratione compuncti consequentes* (pro *consentientes*) *dixerunt: Dei voluntas fiat.* Statim post medium: *Apparuit ipse sanctiss. vir* [S. Athanasius] *Bono presbytero, Pontificis nepotis sui* [Athanasii jun.] *similitudine.* Haec verba *Pont. nep. sui Ath. sim.* in Corsiniano transversa linea inducta cernuntur: quod ab aliquo factum fuit, cui non fiebat verisimile, voluisse S. Praesulem nepotis sui (praesertim qui etsi initio bonus, postea male audierit) effigiem gerere. In statim sequentibus, qui apparuit, is Bonum presbyterum *Collegam* suum

si τὸ *Commendatus* hic intelligas; tum dicendum erit, Athanasium postea ab eo fervore devotionis descivisse. Eo enim usq. prorupit, ut cum Saracenis foedus inierit, iis inquam Saracenis, qui monasteria S. Benedicti & S. Vincentii igne cremarunt, ut alicubi narrat Erchempertus.

Sed praestabit aliorsum curam convertere, ac de saeculi potius rationibus cogitare. Ac nequid retrusius in hoc negotio quaeramus, sed e trivio petamus rationes: anno 877. quo translatum S. Athanasii corpus fuit, non bene Athanasio huic juniori cum Sergio duce turbulentissimo (qui adhuc tyrrannidem modis omnibus exercebat) convenisse, haec ipsa Translationis historia §. 2. 3. & alibi satis aperte innuit. Ex quo facile est suspicari, Athanasium juniorem jam antea a Sergii consiliis discrepasse; & quia cum Sergio non faceret, de cavendo incolumitati suae cogitasse, ac finitimorum opem conquisivisse: prae ceteris autem, ut sibi Casinensium monachorum, quorum tunc opes praevalebant, praesidium arcesseret, sese Abbati Bertario consuetis tunc sollemnitatibus *Commendasse*. Id satis est verisimile.

Ad ultimum id afferam, quod & praefero ceteris. *Commendatorum* nomen sicuti non raro alibi, ita hic, & quoties de illustribus personis agitur, videtur vox beneficialis sive feudalis esse: quae de iis usurpatur, qui se *in vassaticum alicui commendabant*. Videsis in ea locutione toties laudatum Cangium. Annales Francorum anno 757. *Tassilo venit Dux Bajoariorum, in vassatico se commendans per manus* &c. Quod ipsum Ado Vienn. sic narrat: *seq. illi in vassallum commisit*. Iidem Annal. an. 788. *Tradens se manibus Regis in vassatico, renovans sacramenta.* Saepe Commendatis istis beneficium aliquod ad vitae spatium commendabatur, cujus ratione *hominium* seniori suo debebant. Tomo 2. Hist. Francor. ex charta Caroli Calvi pro Barcinonensib. *Et si aliquod beneficium quisquam eorum* (commendatorum) *ab eo, cui se commendavit, fuerit consecutus, sciat se de illo tale obsequium Seniori suo debere exhibere, quale nostrates homines de simili beneficio Senioribus suis exhibere solent.* Non est porro difficile Athanasium, qui se Abbati Bertario manibus commendasset, ab eodem aliquod *beneficium* (vetus ea vox feudi est) fuisse consecutum: quocirca non immerito se *Commendatum* vocari finit. Ac de his jam satis.

suum vocat: recte & ex more antiquo. Proxime ante finem & post *Actum est*, in Corsin. plura sunt & contextui necessaria, quae sunt hujusmodi: *Et narravit ei visa per ordinem, & dicit: Sed surgentes ergo festinemus.*

§. 5. Ante finem: *Ut intra unius diei spatium a Monasterio S. Benedicti in Atellas devenirent, quae LX. millib. distat.* Sexaginta vetera milliaria respondent hodiernis XLVIII. Nam optime ab astronomo Casino viro summo demonstratum fuit, vetera se habere ad hodierna, ut IV. ad V. Nec plus minusve 48. nostris milliariis hodie inter utrumq. locum reperies. Scriptor hic ex columnis milliariis adhuc stantib. eam distantiam collegerat. Sequitur: *Tunc collecta omnis simul CONGREGATIO* (sic tunc vocabatur, quae postea *Capitulum* vocari coepit) *Sacerdotum Ecclesiae S. Elpidii* [cujus nomen Cathedralis Atellana gerebat] *tota nocte pervigiles ... psalmodiis vacantes* &c.

§. 6. Hortatu Athanasii jun. *Sacerdotes universar. ecclesiar. LIBURIAE* (Neapolitanae: sicuti quae propior Capuae erat, ea *Liburia Capuana* dici solet) ... *venientes ad locum, qui dicitur GRUMUM* (quod nunc etiam floret vigetq.) *occurrit eis* quidam daemoniacus, qui & liberatus fuit. Nisi quod mendose in editis de hoc possesso legitur: *Et NOLENS intravit sub feretro ubi corpus*: quae ex Corsin. sic corrige: *Et subintrans sub feretro, quo corpus viri Dei portabatur.* Pergit: *Et descendentes CLIVUM* [qui etiam nunc *Caput clivi* vocatur] *per viam, quae dicitur TRANSVERSA* [hanc viam aliis investigandam relinquo] *posuerunt Sanctiss. corpus in Ecclesia B. Petri, quae a Neap. distat quasi stadiis tribus* (hanc Ecclesiam dum alii liquido demonstraverint, interim eam fuisse suspicor, quae nunc *S. Petri ad Aram* vocatur: de qua in S. Asprene diximus ad ejus acta) *ubi occurrit summus Pont. . . . cum omni coetu, exceptis his qui malitiae et invidiae veneno repleti erant* (Sergii adhuc vivi conjuratos sugillat) *& his qui ventum flantem timebant.* Extremo mense Julio difficile est, a vento timeri potuisse. Etsi vel tunc interdum flatus vehementes & nocivi infestant. Nisi potius aliquid proverbiale lateat, ad iram [81] Sergii referendum.

§. 11. Prope finem caecus de viso sibi secundum quietem Athanasio sic loquitur: *Apparuit mihi vir . . . orario* [82] *circumdatus*

(81) Ira in Scripturis *spiritu* i. e. vento figuratur. Ps. XVII. 16. *Ab inspiratione spiritus irae tuae.* Sic Job. IV. 9. Parib. locutionib. vulgus utitur; nam proverbio usurpatur, ad hunc aut illum ventum flantem solere accommodari consilia.

(82) Non circa totum corpus, sed circa collum orarium ambiebatur. In vita Agathonis Papae: *Orarium auferri jusserunt a collo ejus.* Nam illud ipsum fuit, quod nunc *Stola* vocatur.

Quamvis autem Episcopi tunc temporis ceteris indumentis sacris tan-

tus [non circa totum corpus sed circa collum, sicuti quae nunc *Stola* vocatur : in vita Agathonis PP. *Orarium auferri jusserunt a collo ejus*] *crine crispanti* (Athanasio inscriptum nummum cum crine crispante vidi vultu admodum juvenili) *statura procerus, vultu angelicus*. Nummi quem modo dixi, vultus gratiam caelestem spirabat. Tamen quia *Sancti* praenomine, & disco (quem vocant aureolam) carebat; potest forsan ad juniorem, qui simul Dux fuit, referri. Porro superiora libelli verba ideo adscripsi, quod veram S Athanasii effigiem contineant. Nam mox §. 12. caecus, ubi lumen recepit, semper ac in depictam Athanasii effigiem incurreret, exclamabat: *Hic est illuminator meus, hic est qui mihi in visione dixit* &c. certe quia quem olim, dum caecus esset, secundum quietem viderat, is cum depicta imagine congruebat. Eodem §. 12. pro *Papilionis* Bollandista mallet *Opilionis*. Ne mutes : nec enim caecus qui esset, opilio esse poterat. *Papilionis*, inquit, *cubiculum non dedignatur intrare*. Ex Augustino hoc afferri video : *Cum essent cubicula aut tentoria, quos etiam papiliones vocant*.

§. 14. *Quidam Leo nomine, gravi infirmitate capitis afficiebatur, quae AVBREMA dicitur : nam solutus ab omni vigore salutis ut amens incedebat*. *Aubrema* istud quid passionis fuerit, medici viderint. Forsitan *Rheuma* (aut forsitan *Aporrheuma* scriptum initio fuit: cujus nomine interdum non quaevis gravedo, sed ex vocabulorum inopia contumacior aliquis & gravior morbus capitis notabatur.

§. 18. Narratur miraculum lampadis : *quae*, ut ait scriptor, *ut mos est, mista aqua et oleo* (h. e. aquae supernatante oleo : id quod etiam nunc factitatur) *lucescente die Dominico est accensa* (ergo hoc rituale tunc erat, ut die Dominico illucescente replerentur & accenderentur lampades, quibus per hebdomadam, pro ut usus poscebat, oleum infundebatur) *sicq. nihilominus secunda et tertia, quarta et quinta feria die no-*

Ctuque

tantum in Ecclesiasticis officiis uterentur ; at orarium numquam a collo absuisse, ostenditur ex hoc ipso auctore in vita §. 19. ubi ex Corsiniano cod. sic sup. p. 391. recitavimus: *Induto orario tractum* (Athanasium) *ceu vile mancipium*. Vide ibi dicta. Tametsi id insigne pluribus in locis non ita peculiare Pontificum fuit, ut non etiam a Presbyteris vulgo per plateas circumferri Canonibus noni saeculi juberetur. In Conc. Moguntino anni 813. cap. 28. *Presbyteri sine intermissione utantur orariis PROPTER DIFFERENTIAM SACERDOTII DIGNITATIS*. Regino *de Eccles. discipl.* cap. 333. ex canone Triburiensi sic affert : *Ut presbyter non vadat nisi stola vel* (istud *VEL* est συλληπτικόν, non disjunctivum) *orario induti*. At in his regionibus orarii circumlatio videtur Episcoporum fuisse peculiaris, ut ex hoc loco conjici potest.

itaque inextincta permansit ; ita ut nec extingueretur nec minueretur oleum . Nec vero minui coepit, nisi postquam miraculum divulgatum fuit. Subjicitur: *Nam nulla ambiguitas in hoc* [miraculo] *esse potest ; quamquam & de omnibus aliis multi & idonei testes habeantur* . Habes hic miraculorum testificationes fuisse tunc requisitas. §. 19. Non dissimulat auctor, istis viri sancti miraculis a quibusdam nequissimis hominibus fuisse detractum : quam sinceritatem non possum non vehementer amare.

§. 22. Sic incipit: *Quidam e famulis sanctae Ecclesiae Neapolitanae, conductoris ministerium tenens*. Noli quidquam hic de contractu *locationis* & *conductionis* [de quibus in jure Romano] cogitare. Aevo inferiore *conductores* erant, qui *conductum*, [vulgo *Salva guardia*] praestarent: de quibus vide Cangium. Constantino in de Admin. Imp. *Conductus* *Σιάσεως* , *Conductores* *Σιασέρας* dicuntur. Episcopi & Ecclesiae cathedrales suos habebant conductores. Horum ministerium, ut hinc apparet, servile erat. Conductoris hujus puer admota S. Athanasii zona pellicea sanatus refertur. Tam vero hoc de zona pellicea, quam superius de lampade inextincta miraculum, duo sola sunt quae, quia certiora ceteris, contracta leguntur in Lectionibus. Ac de uberrimus Vitae & Translationis S. Athanasii libellis duobus satis.

V. *Aliquot de B. JACOBO Viterbiensi MONUMENTA*.

I.

Vita (1) *B. Jacobi Viterbiensis Augustiniani scripta a Mauritio* (2) *Testa Parmensi ejusdem Ordinis ex MSS. Bibliothecae* (3) *Coenobii S. Augustini Neapolis*.

BEatus Jacobus Viterbiensis sic dictus a Civitate Viterbii, quae est in Tuscia illustris & splendida, ubi natus est, fuit-

(1) Hujus vitae ineditae exemplum cui hic ipse titulus praefigebatur, benigne subministravit vir nobilis Nic. Ricciolius Viterbiensis, cujus Par. 2. pag. 161. Adn. 32. mentio facta fuit. Ejus autographum olim in Bibliotheca Neapolitani coenobii S. Augustini exstabat: quod nunc, utpote scriptis codicibus omnibus ejus loci dilapsis, frustra quaesitum fuit. Exstabat autem quo tempore Bart. Chioccarellus suum chronicon Episcopor. medio anteacto saeculo composuit, ut qui *Mauritii Tertii* commeminit, & in sua de B. Jacobo collectanea ex hac vita non pauca totidem fere verbis derivavit ; etsi vitae hujus a Mauritio conscriptae non meminit.

(2) *De hoc Mauritio miscella*.

In exemplo, quod Viterbio accepimus, *Testa* erat, ut posui. Etsi eruditiss. Ricciolius (qui hanc vitam cum eo titulo manu exaratam domi a suis majoribus acceptam asservat) in margine moneat, videri scribendum esse *Tertio*. Accipio quidem emendationem ; nam & *Mauritius Tertius* patria

patria *Parmensis* ordine Augustinianus vulgo celeberrimus est, & ab eo conscriptam fuisse B. Jacobi vitam, & hanc Neapoli asservatam, ex sexcentis testimoniis compertum habemus; cum contra *Mauritius Testa* apud Augustinianos ignotus habeatur. Tamen malui τὸ *Testa* retinere, tamquam si cognomen familiae Mauritii Tertii fuerit: quod cognomen majores Ricciolii nostri sedulo investigasse, & repertum in vitae titulo adscripsisse crediderim. Vtrum autem re vera hic Mauritius ex aliqua *Testarum* domo exierit, de eo Parmenses judicaverint.

Ceterum is de quo agimus, haud aliter quam *Mauritius Tertius* apud omnes audit. Cave vero τὸ *Tertius* pro cognomine familiae habeas; nec enim tunc temporis ab Augustinianis ea cognomina usurpabantur. Est omnino numerale nomen πρὸς ἀντιδιαστολήν (*ad discriminandum*) adjectum. Adnectere hic proderit Lud. Torelli (in saeculis Augustinianis to. 8. ad ann. 1574. n. 20.) verba, quibus tum ratio discriminis, tum etiam hujus biographi illustris doctrina clarescet. *Era Teologo in questo medesimo anno* (1574.) *della Chiesa di Ceneda nel Friuli Maestro F. Maurizio da Parma detto il Secondo a riguardo del Primo, che fu anche egli in sommo grado dottissimo, e compose molte opere... Abbiamo altresì CONOSCIVTO un' altro Maestro MAVRIZIO pure DA PARMA, quale chiamano il TERZO, se bene meritarebbe il nome quasi di PRIMO per l' altezza di sua rara dottrina, massime nelle scienze matematiche, nelle quali era ad miraculum usque fondatissimo, a segno tale che ne venne oltremodo stimato da tutti i Letterati, e da Principi grandi, de quali era Maestro*. Et haec quidem pauca in transcursu Torellus attulit; nec enim ultra ann. 1576. ejus saecula Augustiniana progrediuntur; cum contra Mauritius Tertius vix ab anno 1592. emerserit: quo anno Jacobi nostri Quodlibetorum libros tres edere parabat, uti Chioccarellus pag. 293. testatur. Qui multo diutius postea floruit, quippe quem Torellus (qui anno 1686. tomum 8. saeculor. Aug. ederet) se olim cognovisse praedicat. Quod si Torellus eo usq. scribendo processisset, ubi de hoc *Tertio* locus dicendi fuisset; haud dubie longe plura de eo scripta reliquisset. Nam hoc quoq. ad B. Jacobi laudem pertinet quod vir tantus hoc ejus vitae breviarium scripserit, & quod summo studio ejusdem opera conquisierit, quorum partem edere cogitabat, uti Torellus testatur, & ante hunc Chioccarellus.

Chioccarelli autem locum hic libens adscribam, ut videat lector, quo pacto is cum Torello circa Tertii Mauritii aetatem conciliari debeat. Ergo pag. 193. Chioccarellus sic narrat. *Fr. Mauritius Tertius Parmensis.. vir doctus SVPERIORIBVS ANNIS Jacobi hujus Quodlibetorum libros tres in lucem edere cogitans, illos cum quamplurimis codicibus.. collatos, Roma, Mediolano, Neapoli, Venetiis Florentia, Bononia, Genua, & Galliis & undiq. conquisitis, anno 1592. paravit & absolvit, ac Fr. Augustino Pruizano.. Papae Sacristae dicavit, & prius quam illum ederet OBIIT* (ex toto Chioccarelli contextu apparet, Tertium non ipso anno 1592. obiisse, sed diu postea, ubi jam jam librum editurus esset)

fuitque ex nobili familia de Capocciis, quae multorum virorum illustrium fecunda mater fuit, quorum ipse secutus vestigia ab adolescentia Eremitarum ordinem S. Patris nostri Augustini ingressus est, & in omni pietate, & virtutum genere evasit clarissimus, adeo ut inter primos sui temporis Theologos doctrina & sanctitate percelebris haberetur, & in illustrioribus Orbis Catholici Vniversitatibus famosissimus Lector & Doctor fuit. Praecipue vero docuit in Vniversitate Parisiensi, ubi B. Thomae Aquinatis Cathedrae succedens, nonnullos ipsius articulos aliquando impugnavit [4] Sed postea deprehensa cum ceteris Theologis Parisiensibus veritate illius doctrinae, eam usque ad obitum constanter defendit. Quare ex processu ab Apostolica Sede formato pro canonizatione ipsius Divi Thomae, qui servatur in Bibliotheca Vaticana, inter alios Testes productus fuit Bartholomaeus de Capua vir [5] celeberrimus, qui inter cetera deposuit se audivisse a Fratre Jacobo de Viterbio Ordinis S. Augustini quando erat Archiepiscopus Neapolitanus, quod ipse credebat in fide, & Spiritu Sancto, quod Salvator noster auctor veritatis pro illu-

esset) *qui quidem liber* (jam recensitus, & editioni paratus) *Viterbii asservatur*. Ex cujus libri initio catalogum librorum Jacobi, quem Tertius praemiserat, se desumpsisse Chioccarellus profitetur.

Hic sane locus quomodo cum ipso Chioccarello conciliatur, qui anno 1643. chronicon Episcopor. edidit? Quo pacto annum 1592. SVPERIORES ANNOS vocat? Sed responderi potest Chioccarellum multo ante suum chronicon adumbrasse, quam ederet, eaq. praecipue, quae modo recitavi, multo antea scripsisse: ad haec annum 1592. ad initia Tertii recensentis Quodlibeta facile esse referendum.

At illud est difficilius, quod Torellus [cujus saeculor. August. tomus VIII. anno 1686. Bononiae prodiit] se Tertium vidisse & agnovisse testatur. Verum sic omnia componimus. Mauritius anno 1592. [nisi eae notae mendo laborant] recognoscere Quodlibeta inceperat: cui labori insudans, diu postea advixit. Vltimi porro Tertii conatus SVPERIORIBVS ANNIS a Chioccarello adscribuntur. Itaq. si fingamus, hunc Tertium usq. ad ann. 1640. vitam porogasse, non mirabimur eumdem a Torello adhuc invene agnosci potuisse. Verum haec Augustiniani excusserint.

(3) Jam sup. Adn. 1. monui, hanc vitam nunc in ea bibliotheca desiderari; eoq. magis edendam curavi.

(4) Nam ea tempestate in S. Thomae doctrinam certatim Parisienses doctores insurrexerant, quorum Henricus Gandavensis & Jacobus Viterbiensis antesignani fuere: de quo plura te docebit Chioccarellus initio vitae Jacobi pag. 190. Sed statim audax inceptum in doctrinae S. Thomae maximam commendationem postea desivit.

(5) Praecipue jurisconsultus eximius, summaq. apud Regem gratia, a quo, vir cetera nobilis, ad honores maximos evectus fuit.

illuſtratione Orbis, & Vniverſalis Eccleſiae (6) . . . . ;
Cumque idem Frater Jacobus primo Neapolim veniſſet, duci voluit ſtatim ad cubiculum Fratris Thomae, & oſtendi ſibi locum, ubi fuerat repertus diſcus ejus, ſive ſcutella, & genuflexus dixit, veni adorare, ubi ſteterunt pedes ejus. Hic Beatus Jacobus ceteris Chriſtianis virtutibus & eminenti doctrinae addidit praecipue humilitatem profundiſſimam, quae virtutum omnium eſt fundamentum: & dici vix poteſt, quantum in ea claruerit. Cum anno 1300. menſe Majo Neapoli in hoc noſtro Coenobio S. Auguſtini generales Comitiae [7] Fratrum haberentur, quibus Carolus II. Neapolitanorum Rex interfuit, & cum B. Auguſtinus tunc Prior generalis novellus Jacobum hunc inſignem Theologum in pleniſſimo Patrum conſeſſu de quadam re tacito nomine increpaſſet, quod Fratrem quemdam de crimine accuſatum conaretur defendere; Jacobus cum cognoviſſet, quod de ſe hoc dicebatur; proſtratus in terra tam humiliter veniam petiit, ut omnes obſtupuerint: quod factum narratur diligenter a Beato Jordano noſtro de Saxonia, qui eodem tempore floruit in lib. 2. cap. 2. vitarum Fratrum ex Ordine S. Patris Auguſtini. Porro B. Frater Jacobus, quo tempore Pariſiis, & alibi docens permanſit, ſequentia ſcripſit opera, quae originaliter in variis coenobiis S. Patris noſtri Auguſtini conſervantur: quae ego vidi, legi, & ſequentes adnotavi titulos. [8] *De praedicamen-*

(6) Lacunam Viterbienſis Ms. ex Chioccarello, qui haec omnia totidem fere verbis narrat, ſupplebis. In eo ſic pag. 191. legimus. *Qui* (Bartholomaeus) *inter cetera deponit, ſe audiviſſe a fratre Jacobo de Viterbio Ord. S. Auguſtini Archiepiſcopo Neap., quod ipſe credebat in fide & Spiritu Sancto, quod Salvator noſter, doctor veritatis, pro illuminatione orbis & univerſalis Eccleſiae miſiſſet Paulum Apoſtolum, & poſtea Auguſtinum. & noviſſimo tempore fratrem Thomam, cui uſq. in finem ſaeculi non credebat alium ſucceſſurum. Cumq. idem Fr. Jacobus* &c. ut in Tertio. Vide in Bollando proceſſum.

(7) Iſtud *Comitiae* conſulto, utpote non a deſcriptoris errato, ſed ab ipſo Mauritii calamo profectum, retinui. Nam in Chioccarello (apud quem haec eiſdem fere verbis leguntur) nihilo minus *Generales comitiae* ſcriptum eſt. Poſtremo ex eo quod COMITIAE ab hodiernis Latinis lexicis abſit, cave id uti barbarum damnes. Nam injuria id ei exſilium decretum fuiſſe, Gloſſae veteres Graecolatinae oſtendant, in quibus utroq. genere ea vox affertur: *COMITIA*, ἀρχιαιρέσια, & *COMITIAE* ἀρχιαιρέσια. Adhaec ſequiorem aetatem etiam ſing. *Comitiam* pro generali curia uſurpaſſe, ex Gangii Gloſſario diſces.

(8) Copioſiorem operum B. Jacobi indicem attulit Chioccarellus p. 193. quem ſe deſcripſiſſe profitetur ex initio Quodlibetorum Jacobi, quae Mauritius Tertius editioni paraverat. Ex quo indicio cognoſcitur, hanc vitam a Tertio ante fuiſſe ſcriptam, quam editionem illam Quodlibetorum inſtrueret.

camentis in divinis quaestiones Parisiis disputatae, opus absolutissimum. De regimine Christiano ad Bonifacium VIII. Summum Pontificem, deinde vero ad Clementem V. transmissus liber unicus. Commentarii super quatuor libros sententiarum. Liber divisionis super eosdem quatuor libros sententiarum. Opus Theologicum inscriptum Summa Summae. Liber de Angelorum compositione. Quaestio percelebris de caelorum animatione. Expositiones in Epistolas S. Pauli Apostoli. In easdem Epistolas S. Pauli recollectiones. Expositio in Evangelium S. Matthaei. Interpretatio in Evangelium S. Lucae. Summa de Articulis Fidei. De Mundi aeternitate secundum Fidem Catholicam disputatio. Commentaria in libros Physicorum. Liber de naturae Principiis. Liber inscriptus Notabilia in Sententias. Concordantiae Psalmorum David ad Carolum II. Hierusalem, & Siciliae Regem. In libros omnes S. Thomae Aquinatis utilis (9) *tabula. Primi libri, qui est in Sententias Aegidii Romani (Jacobi quidem condiscipuli, sed tamen aliquanto majoris natu) brevior forma* (10).

(9) Imo utilissima, si quidem ea *Tabula* indicem operum Aquinatis (de quibus Angelico sive asserendis sive abrogandis tot lites intenduntur) contineat.

(10) *Aliorum operum spicilegium*.

Aliorum aliquot librorum Jacobi lemmata apud Chioccarellum reperies pag. 293. ubi initio memorat *Sermonum diversarum rerum librum unum, qui Romae in Canonicor. S. Petri bibliotheca* (imo in Vaticana biblioth. asservati doctiss. Matianus ejusd. Scriptor testatur) *habetur*. Ead. pag. post medium ex eod. Mauritio Tertio (nim. ex initio operis B. Jacobi quod Tertius editioni paraverat) pleniorem operum B. Jacobi elenchum proferens, haec admetitur. *De Angelis quaestiones*, itemq. *De Quodlibetis libri quatuor Parisiis disputati & explicati*. De quibus sic adnotat: *Alii tres, alii duos tantum libros agnoscunt. Ego (ut idem Mauritius ait) quatuor ab eo confectos puto, quamquam non nisi hos tres* (quos scil. editioni paraverat, cujus initio hic catalogus prostabat) *reperire potuerimus*. Porro Quodlibetorum Jacobi celebertimus ille codex est, quem Bibliotheca Minervae ex singulari dono Card. Turrecrematae (Dominico Blanco teste) possidet: quem codicem Tertius in consilium non adhibuit. Postremo idem Chioccar. ead. pag. ait: *Extant.. in coenobio S. Joan. ad Carbonariam Quaestiones divinae praedicamentales . . . & in biblioth. S. Dominici Liber quaestionum de primo quolibet*. Ac satis scio, siquis bibliothecarum manu exaratos codices excusserit, plures alias B. Jacobi nostri lucubrationes reperturum. Saepe laudatus Torellus ubi notatos a Chioccarello libros retulisset, sic addit: *Soggiungo io finalmente che in questa nostra libraria di S. Giacomo di Bologna vi è un trattato nobile dello stesso Beato De Spiritu Sancto, diviso in 50. quistioni*. De eod. Jacobo Chioccarellus pag. 193. initio sic prodiderat. *Multos alios libros elaboravit*,

Ob tantas virtutes, & admirabilem eruditionem omnibus Summis Pontificibus, qui sua aetate vixerunt, fuit B. Iacobus cariſſimus. Quare ab iiſdem primo Beneventanus, deinde Neapolitanus creatus eſt Archiepiſcopus: in qua dignitate Carolo potiſſimum II, & Roberto Neapolitanorum Regibus maximo ſemper in pretio fuit, & veneratione, a quibus etiam varia & ampliſſima privilegia & immunitates, pro ſe, Beneventana, & Neapolitana Eccleſiis & Archiepiſcopatibus obtinuit: quorum beneficiorum memoriae ad hanc uſque aetatem noſtram in Regiis Neapolis Archiviis inter regiſtra eorumdem Regum conſervantur. Obiit autem B. Jacobus in Civitate Neapolis anno Domini 1307. (11) ejuſque memoria & in ea, & in noſtro (12) ordine perpetua in benedictione eſt.

II.

De eodem B. Jacobo collectanea.
Ea ne lectori deperirent, in ima paginae [13] ora in unum veluti faſciculum collecta reperiet.

DE

ravit, quos eo ab humanis ſublato, quidam furati ſunt, ſibiq. ipſis adſcripſerunt. Ad operum ſpicilegium etiam pertinet, quod eruditiſſimo Mariano Biblioth. Vaticanae ſcriptore teſte, praeter alios jam notos Jacobi libros, reperitur in Vaticana num. 309. *Jacobi Viterb. De perfectione ſpecierum*.: in Palatina vero Ms. cum hoc indice: *Jacobi Ord. Erem. S. Auguſt.* (non additur tamen *Viterbienſis*) *Sopbologium*. Poſtremo idem Marianus ſuſpicatur, librum *De regimine Principum* S. Thomae tributum (ſed falſo, ſi Caveo & aliis credatur) facile noſtro B. Jacobo eſſe adſcribendum.

Cum tot opera (praeter alia adhuc obſcura, aut plagiariis arrogata) ex hujus ingenio profecta fuerint; optandum eſſet, ut & Quodlibeta illa a Tertio recenſita (cum praeſtantiſſimo Minervae codice conferenda) Viterbienſes ederent; ac ſimul selectiora acutiſſimi doctoris opera, erudito aliquo Eremita adnitente, prodirent.

(11) Idem toties laudatus Torellus ait: *Alcuni lo fanno morto nel 1307. Stimo più probabile che ſia morto nel principio del 1308.*

(12) Non tantum in Ordine, ſed & extra, uti Viterbii, Neapoli, Beneventi, ac praecipue Romae, ubi tabula illa in aes inciſa permiſſu cenſorum propoſita fuit, in qua ei *Beati* praenomen praefigitur: da qua dixi Par. II. pag. 163.

(13) *De B. Jacobo Viterbienſi.*

APOPHORETA

I.

Collectanea quaedam ab Auguſtino Ant. Georgio Auguſtiniano, in Rom. Sapientiae Gymnaſio S. Scripturae interprete ſuppeditata, praeter ea quae pag. 162. Adnot. 32. producta fuerunt.

DAlla nobiliſſima famiglia di Capocci, la quale ſtabilita da principio in Viterbo, e poſcia propagata in Roma, fu nell'uno e nell' altro luogo ſommamente cele-

celebre e ragguardevole, non meno per l' antichità del sangue, che per lo splendore delle Sacre Porpore, e per la parentela con quella di Onorio VI. nacque verso la metà del secolo XIII. Giacomo così detto di Viterbo. Educato costui nella sua fanciullezza, come si conveniva ad uomo nato da sì pio, ed illustre lignaggio, con nobili virtuose ed eleganti maniere dava di se stesso e dell' Indole sua, tutta inchinata alla virtù, ottimo saggio. Giunto all' età capace di stabil consiglio, più che alle terrene e mortali cose, alle celesti ed immortali pensando, prese risoluzione di abbandonare gli agi, e gli onori della casa paterna con abbracciare la vile e santa povertà di un qualche Religioso chiostro. E poichè nella patria, e molto più nelle vicine selve di Monte Cimino era celebre in que' tempi la fama della santità, a cui specialmente applicavano i Romiti di S. Agostino, ansioso di essere annoverato fra questi, vestitosi del loro abito, compì l' anno del suo noviziato con la solenne professione. Mandato poscia in varj studj d' Italia, comecchè fos' egli dotato di sublime ingegno, e di singolare acume, fece maraviglioso profitto nelle umane e divine lettere. Conosciutosi per tanto ne' Monasterj d' Italia per un giovane fra gli altri della Romana Provincia ornato di pietà e di dottrina capacissimo, perciò a guadagnarsi gran nome nella famosa Università di Parigi, fu colà mandato, e colà si trattenne più anni insieme coi due Romani Egidio, e Giacomo della famiglia Colonna. Che egli si trovasse nella Sorbona in compagnia d' Egidio, egli stesso lo dice. Che fosse condiscepolo dell' altro Colonna Giacomo, è manifesto dagli antichi Registri della Provincia (*Ex Regest. Mss. Roman. Prov. exarat. an.* 1300.)

Scrivono alcuni Storici dell' Ordine, che fosse ancora unitamente con Egidio discepolo di S. Tomaso d' Aquino in Parigi. Ma ciò non potè succedere, se non che prima degli anni 1274. Certissima cosa è che Giacomo di Viterbo conobbe, e trattò con S. Tommaso.

L' anno 1282. fu esso, e Giacomo Colonna suo compagno richiamato nella Provincia, avendo si l' uno, che l' altro conseguito il grado di Lettore; lo che avvenne nel Capitolo Provinciale celebrato in S. Martino di Campiano.

L' anno 1283. nel Capitolo Provinciale celebrato in Cora nella solennità di Pentecoste, mentre Giacomo Colonna ottenne da Egidio il Provincialato, fu Giacomo di Viterbo eletto da lui primo Definitore.

L' anno 1284. nel Capitolo adunato in Genazzano il giorno di S. Luca fu dallo stesso Egidio trascelto per Visitatore della Provincia insieme con Agostino d' Orvieto Predicatore sornominato il *Seneca*. E dee osservarsi, che a tal uopo erano in quella età destinati i migliori, e più accreditati si per la fama della dottrina, che per la bontà della vita, e dell' ottimo esempio.

L' anno 1285. nel Capitolo Provinciale di Toscanella il dì solenne di Pentecoste fu di bel nuovo eletto primo Definitore dal mentovato Egidio, a cui i Padri

adunati aveano affidata per compromesso tutta la loro facoltà.

L'anno 1288. Era già Baccelliere di Parigi, dove leggeva le *Sentenze*. E per questo gli fu assegnata dalla Provincia nel Capitolo di S. Nicolò di Stretto l'annua Colletta di otto fiorini d'oro pe'l suo mantenimento; la quale si vede poi rinovata ogn'anno fino al 1300.

L'anno 1293. essendosi tenuto in Orvieto il solito Capitolo, decretarono i Padri, che avendo il nostro Giacomo ottenuta la laurea Dottorale, e la Magistrale licenza nella Vniversità di Parigi, per onorevole, e graziosa riconoscenza se gli dovessero contribuire oltre la solita colletta, cinquanta fiorini d'oro a cagione delle spese fatte pe 'l suo Magistero, con questo però che l'anno presente ne ritraesse la metà, e l'altra metà l'anno seguente; conforme di fatti accadde nel capitolo celebrato in Veroli nel dì festivo di S. Maria Jacobi, essendo di bel nuovo Provinciale Giacomo Colonna Romano, col quale Giacomo di Viterbo era stato non molto prima spedito dalla Provincia per utili, e rilevanti affari alla Curia Romana in Perugia. E certamente in gran conto teneasi quest'uomo dall'ordine, e molta riverenza portavagli la Provincia tutta.

L'anno 1295. nel Capitolo Generale di Siena celebrato il dì solenne di Pentecoste VIII. Madii exeunte fu stabilito da' Padri, che dapoichè era loro intenzione, e volere, che Giacomo di Viterbo scrivesse delle Opere Sacre e Teologiche, fossero costrette le Provincie, che allora ascendevano al numero di 17. quantunque alcune abbracciassero interi Regni, a contribuirgli ogni anno un fiorino per cadauna, affinchè potesse mantener Scrittori, provveder carta, ed avere il bisognevole in altre sue opportune necessità. Quindi oltre l'accrescimento dell'annuale colletta avendogli imprestato il P. Maestro Ruggieri di Firenze cento fiorini, decretarono, che dal Comune dell'ordine gli fosse rilasciata tal somma, senza che fosse tenuto a farne restituzione nè all'accennato Maestro, e neppure all'Ordine.

L'anno 1299. fu eletto Definitore pe 'l Generale Capitolo e dal B. Agostino Novello.

L'anno 1300. intervenne al detto Generale Capitolo celebrato in Napoli alla presenza del Re Carlo II. [*Hae sunt illae generales Comitiae, quarum meminit Maur. Tertius, Chioccarellus &c. ex antiquiorib. Scriptorib. Ordinis.*] Quivi accadde, come racconta il B. Giordano di Sassonia, che essendo stato pregato da alcuni de' Padri, che volesse prendersi la briga d'informare il Beato Agostino Novello, allora Generale d'incredibile zelo, fu l'innocenza di non so qual Religioso accusato a torto; e che essendosi mosso per pura pietà alle preghiere di essi, si fè presente con sommo rispetto al Generale, e con tutto il candore e semplicità di cuore gli espose la serie di tale informazione. Mà ne seguì non sò quale inaspettato accidente; poichè udite che ebbe il B. Agostino le scuse prodotte in favore del Religioso supposto reo, acceso di maggior zelo convocò tutta l'adunanza de' Padri, e disse loro pubblicamente: *Fratres carissimi dolentibus vobis denuncio, quod*

quod quidam Religiosi per Ordinem enutriti, & in statu honoris positi sic rependunt suae Matri Religioni, quod Fratres defectuosos, & vitiosos excusare & defendere nituntur. La qual pubblica riprensione sentita con infinita sommissione ed umiltà dal nostro Giacomo, fu da lui interpretata come un estro improviso dell'ardentissimo zelo del B. Agostino; onde fattosegli davanti in atto tutto umile e riverente, alla presenza di que' Padri così rispose: *Pater protestor coram Deo, & vobis, si quid in ista materia loquutus sum, hoc feci ex sincero animo & pura intentione pro bono Ordinis. Tamen si vobis videtur, quod in hoc offenderim, dico meam culpam Deo & vobis, & paratus sum emendare.* A quest'atto di umile, e religiosa protesta rimasero stupefatti i Padri, e corretti di tutto cuore, in guisa che pieno di ammirazione il Generale medesimo si placò in quel momento stesso con grande edificazione.

Appena entrò in Napoli, che subito si portò al Monastero di S. Domenico, ove era stato S. Tommaso d'Aquino, per venerare il luogo della di lui abitazione, tale e sì ardente era la divozione, che portava alla memoria del Santo Dottore. Dopo il Capitolo fu destinato dall'Ordine per il primo fra i quattro Lettori di quello studio Generale di Napoli. Quivi si rese estremamente caro ed ammirabile a tutti, ma specialmente al Re Carlo; poiche non solo era egli Teologo de' più rinomati a suoi giorni, e Predicatore Eccellentissimo, ma altresì di costumi, e di vita santissima.

Per questi suoi gran meriti s'indusse il Re a chiederlo e desiderarlo per ogni modo Arcivescovo di Benevento. E così com' egli desiderava, avvenne; poichè l'anno 1302. ai 3. di Settembre fu eletto XXII. Arcivescovo di Benevento da Bonifazio VIII., e fu consagrato da Teodorico Cardinale Vescovo Prenestino. E perchè, come scrive il Sarnelli, i Re di Napoli vollero tenere sempre stretta corrispondenza cogli Arcivescovi di Benevento, concedettero loro molti Privilegi precisamente di essere essi, e la loro famiglia immuni da qualsivoglia gabella del Regno siccome Carlo II. praticò col B. Giacopo ordinando: *Ut ubicumque is sit & resederit, immunis sit a qualibet gabella, vel padagio pro ejus utensilibus quibuslibet, & victualibus pro ipsius, atque familiae usu, & quod undecumque libere transeat, & feratur.* Così nelle lettere Regie nella Biblioteca Beneventana *sub datum die 22. Octobris primae indictionis an.* 1302. (*Confer Chioccarellum.*)

Dopo un anno, mesi tre, e giorni nove, cioè nell'anno 1303. a 12. di Decembre (siegue a raccontare il Sarnelli, ed altri con lui) fu trasferito alla Chiesa di Napoli: e Carlo II. gli concedè di nuovo l'accennato privilegio *sub datum die 25. Maii 1306. Indict. 4.* comunicatomi (dic'egli) dal Signor Abbate Antonio Capocio uomo leteratissimo oggi Uditore dell'Eminentissimo Cardinale Caraffa, che poi ho letto nel Catalogo degl'Arcivescovi di Napoli del Chioccarelli.

Da i seguenti Elogi può ricavarsi in qual concetto fosse il nostro Arcivescovo presso del Re; *Persona dicti Archiepiscopi tantae con-*

conscientiae credulitatis, & *auctoritatis*. Altrove: *Venerabilis P. F. Jacobus Neapolitanus Archiepiscopus dilectus Consiliarius, familiaris, & fidelis noster propter sua merita probitatis, & amabilis nobis conversationis*. (*Vide Chioccar.*)

Giovanni di S. Croce Barone di Candela della Capitanata condennato al taglio della testa fu per intercessione di questo nostro Arcivescovo liberato, avendo ottenuto l'esiglio invece della morte medesima.

L'anno 1306. Non perdonò nè ad attenzione, ne a diligenze, ne ad industria, ne a sapere per ridurre a perfezione il gran Tempio della Metropolitana di Napoli.

Lo stesso anno fece una composizione co'l Generale dell'Ordine rispetto a' suoi libri, a quelli cioè che passando alla dignità Arcivescovile avea seco portati dall'Ordine; e stabilì che dopo morte andassero i suoi libri al Monastero di Viterbo. Cosa per altro non pienamente eseguita.

Ed in quest'anno, se non erro, a lui fu data dalla Sede Apostolica la commissione per i Processi della Canonizzazione di S. Pietro Celestino V. Si veggono i Bollandisti die 19. Maii.

Governò la Chiesa di Napoli con gran rettitudine e santità a rigore delle Divine, ed Ecclesiastiche leggi per anni quattro ed alcuni mesi, essendo morto con opinione di Santità il mese di Febraro l'anno 1308.

Domenico Bianco, e Pietro Correttino lo fanno Vice Re di Napoli, e scrivono, che amministrasse il Regno con ammirabil prudenza. Ciò potè accadere in occasione di essere partito forse il Re di Napoli; e non già nelle circostanze di due interregni, come dimostra il Gandolfo Agostiniano Scrittore.

(*Quae porro in Georgio sequuntur, ea pag. 162. Adn. 33. produximus. Nunc ejus cetera proferamus.*)

Ebbe il nome di *Dottore speculativo* pe'l suo mirabile, e stupendo ingegno; anzi in un esemplare del libro *de divinis Praedicamentis* scritto l'anno 1407. e 1408. della Bibl. Angelica è ancor detto *Il Dottore inventivo* per i nuovi, e bei pensieri di cose Teologiche, e sublimi.

Le di lui opere se fossero portate in Viterbo, non è manifesto. Questo si sà di certo che in Monastero non si ritrova presentemente se non che un semplice suo libro. L'Indice delle opere di lui può vedersi distesamente presso il Gandolfo *Dissert. Historica de Ducentis Scriptoribus*.

II.

Supplementum scriptorum qui de B. Jacobo Viterbiensi agunt.

Eorum qui olim nostri Jacobi res complexi fuere, vix est ut alius nostro Barth. Chioccarello locupletior inveniatur, qui in chronico Episc. Neap. tum copiosissime de eo agit, tum etiam pag. 196. eos omnes recenset, qui de nostro Viterbiensi scripserint aliquid. Iis vero scriptoribus (praeter alios plurimos, qui nostram diligentiam effugerint) addi aliquot alii possunt. Veluti. *Josepho Pamphilus in chronico ordinis Augustiniani. Dominicus Gravina Neapolitanus to. 3. Catholicarum praescriptionum adversus haereticos, par. 2. lib. 4. controv. 4. pag. 221. in Catal. Episcopor. Neap. col. 1.* Adhaec *Auctoris anonymi Catalogus Sanctor. & Beator. Ord. Augustiniani. Paulus Frigerius in vita*

S.Tho-

DE MONVMENTO VI. DEQVE ADDENDIS

Aut refingendis Admonitio.

SUpra pag. 310. & alibi spem feci lectoribus, me quinq. superioribus monumentis additurum praeterea sextum, quo sanationes S. Agnelli sive integras, sive saltem ex parte exhiberem. Et eas certe dedissem; nisi jam adversa valetudo repugnasset, ultraque procedere vetuisset. Ceteroqui nec Agnellus quidquam cum Neap. Episcopis commune habet; & hunc ipsum longissimum Petri Subdiac. de Agnelli miraculis commentarium ex Corsiniano cod. erutum forsitan opportuniore loco σὺν Θεῷ lectori sistemus.

Haec eadem incommoda impedimento fuerunt, quo minus quidquid huc usque prelis expressum fuerat, pro more meo recognoscerem, ac siquid forte addendum, retractandum aut refingendum, sive majore aliqua luce perfundendum videretur, id hic in calce adjicerem. Id quidem a me non quivi impetrare, ut praestarem. Tamen siqua citra lectionis taedium suapte sponte menti succurrent hujusmodi, de iis jam tempus est, ut hic in calce lectorem admoneam.

R E F I N G E N D A

De SS. Maximo & Marciano Ad pag. 296. & seq.

IBi longam adnotationem contexui ad Kalendarii marmorei interpretationem, cui die XXX. Octob. sic inscribitur S. MAX. ET S. MARCIAN. Ac §. 1. negavi de duobus Neap. Episcopis *Maximo* (qui in eod. marmore die XI. Junii colitur) & *Marciano* eam inscriptionem esse capiendam: idq. verissimum est.

At quod pag. 209. §. 3. eamdem inscriptionem de *Maximo* & *Marciano* Africanis pugilibus fuerim interpretatus, id nunc revoco. Nam illud MAX. non alio referendum fuerat, quam ad

S. Thomae lib. 4. cap. 5. n. 8. Lud. Torellus in saeculis Augustinianis (a quo etiam alios praeterea scriptores laudatos reperies) *Gandolfus in Dissertat. historica de ducentis scriptoribus* (ubi & plenissimum Catalogum operum nostri Jacobi affert) *Herrera. Dominicus Blancus Viterbiensis*, qui in Vatic. Ms. asservatur. *Ferd. Ughellus in Episcopis Neapolitanis.*

Porro hic ultimus adscribit epigramma quoddam a Nicephoro Sebaste natione Graeco ord. Augustin. in laudem nostri Jacobi compositum, quod hic adtexere non pigebit: in cujus versu altero *Divina nomina* librum Divinorum praedicamentorum (quod *Opus absolutissimum* inscribi solet) designant. Epigramma tale est.

Diceris Antistes, magnus speculator in Aulis:
Divina haec merito Nomina scripta docent.
Lucta erit hinc ingens, magnum certamen, an ista ab
Insula, an a libris gloria tanta venit?
Sed componamus: dum libros Patria laudat,
Virtutes celebret Parthenope alma tuas.

ad *S. Maximum* diaconum ac Martyrem Cumanum, quem cum ea scriberem, nondum animadverteram adnuntiari eopte die in Tutiniano Kalendario. At postea opportune id monumentum integrum in Appendice exhibui: in quo die 30. Octob. pag. 317. sic legitur: *Maximi M. Cumani*. Ad quem locum nonnulla huc facientia pag. 320. in Adnot. 3. col. 1. attuli, illudq. in primis, videri Fastos Tutinianos paullo post annum 1207. (quo anno S. Maximus & Juliana ex Castro Cumano Neapolim sub Anselmo Archiep. translati fuerunt) fuisse contextos. Ratio est apertissima. Nam etsi ambo jam ante Fastis marmoreis adscripti fuerant, *Juliana* quidem die XVI. Febr. *Maximus* vero die XXX. Octobris; at eum honorem a Neapolitanis non aliud quam Castri Cumani vicinia tunc quidem expresserat: ceterum in iis adnuntiandis nullum singularis culturae signum exstare voluerunt. At vero postquam amborum reliquiae anno 1207. Neapolim advectae fuerunt; tum non tantum iisdem ipsis diebus eos adnotari placuit, sed cum peculiaribus culturae notis. Etenim *S. Iuliana* litteris rubricatis inscribitur, *Maximi* vero nomen non sine curiosa adjectione *Martyris Cumani*. Ita quidem pag. 320. adnotavimus: cetera in hunc locum rejecimus.

Ergo non est dubitandum quin τὸ MAX. marmorearum ephemeridum die XXX. Octob. de Cumano Maximo sit capiendum: quippe qui eodem die in Tutiniano postea adnuntiatus fuit & eopte die etiamnunc in Cathedrali Neap. colitur, in quam ejus corpusculum invectum fuit.

Quandoquidem igitur ξυνωρὶς (*biga*) illa SS. *Maximae* & *Marciani* Africanorum (quos supra 296. seq. incaute tamquam jugales conjunxeram) nunc prorsus abjungatur necesse est (nam per τὸ MAX. quod in diariis marmoreis die XXX. Oct. legitur, non Maximam Africanam, sed Maximum Cumanum designari, aperte jam ex fastis Tutinianis compertum fuit) licebit jam etiam de Marciano marmorearum Ephemeridum alia sentire omnia. Cumq. is nec Africanus Marcianus esse possit (utpote a Maxima socia jam divulsus) nec Neapolitanus Antistes (ut qui ignotus Joanni diac. & Blanchiniano catalogo fuerit: quibus obscurus non fuisset, si eum in marmoreo Kalendario signatum reperissent, ut pag. 301. exposui) nihil aliud relinquitur, nisi ut Marcianus Syracusanus fuerit; praesertim cum hoc eod. die XXX. Octobris in aliquot antiquis Siculis monumentis notatus deprehendatur, ut ibid. in ead. Adnot. animadvertimus.

Cave tamen ex his suspiceris, *Marcianum* Episcopum Neapolitanum videri commentitium (quod tamen etiam quidem ego ipse pluribus abhinc annis fueram suspicatus) quasi qui scil. ex Syracusano Neapolitanus apud nostros evaserit. Nam ea suspicio

tum

tum satis a me pag. 298. difflata fuit, tum hic etiam eamdem licebit paucis profligare. Etenim Neapolitanus satis a Syracusano distinguitur, I. quod Siculus ille Martyr fuerit, noster non item: II. in aliquot ex iis Kalendariis, quae Chioccarellus pag. 34. affert, Marcianus noster disertim NEAP. aut *Neapolit.* inscribitur: III. quis tantam inscitiam in Neapolitanis arguet, ut ex Martyre & Episcopo Syracusano Neapolitanum Episcopum & Confessorem effecerint? IV. aedicula illa prope Cathedralem, in cujus pictura (quam in aere incisam ad calcem videbis) S. Marcianus honorificentiorem prae Januario locum occupat, dat intelligere, ibi S. Marciani pignora requievisse, eaq. de causa Marcianum Martyri & patrono Januario fuisse praelatum.

Quando autem in aediculae mentionem incidimus; ejus constructio omnino videtur aliquanto posterior Tutiniano Kalendario fuisse; alioqui enim Marcianus ab eo Kalendario non abesset. Nam verisimile est, non nisi post Anselmum Archiepiscopum sive S. Marciani corpus fuisse repertum, sive ei sacrum cultum fuisse decretum, eaq. tunc occasione sacellum istud aedificatum, in quo ejus lipsana collocarentur. Ergo fasti Tutiniani aede Marciani antiquiores sunt: contra vero monumenta omnia, in quibus festum Marciani signatur (apud Chioccar. p. 24.) ea sunt & fastis Tutinianis & aedicula Marciani posteriora.

Postremo quod S. Marciani festum in diem XXX. Octob. conjectum fuerit, id ex eo factum fuit, quia quo tempore aedicula illa exstructa, simulq. ei festivitas decreta fuit, cum ejus Depositionis dies ignoraretur; sollemne suum majores nostri tenuerunt, ut huic eum ipsum assignarent diem (nim. XXX. Octob.) quo die alter Marcianus Syracusanus in Sicilia colebatur.

AD PAG. 309. post vers. ult. refer sequentem locum ex visit. Hannibalis de Capua anno 1580. fol. 55. a t. *Praedicta Cappella* [S. Marciani] *fuit reperta cum magnis scissuris in pariete a cornu Evangelii, & in camera seu lamia, & ante portam insidet hedera, quae parietem consumit . . . . pluit tota, & minatur ruinam*. Nihil interim de profanatione capellae; at eam paulo post fuisse profanatam quae fol. 56. sequuntur, ostendunt. *Debetur etiam census alius d. 12. ex concessione facta per R. D. Scipionem Caracciolum beneficiatum Dominae Johannae Nacleriae de nobili genere procreatae, & ejus heredibus &c. ut ad altare dictae Cappellae jam Decreto Curiae Profanatae celebrari faciat & ornatam retinere* [tamquam scil. capellam privatam] *spatiumque ante dictam cappellam claudere, & in honestum hortili* [fort. *hortuli*] *usum reducere, mediante instrumento rogato manu Not. Hieronymi Censonis in Curia Not. Ciri de Mare 1589. cum assensu Apostolico prout in processu &c.*

QVAEDAM ALIA ADDENDA AVT MVTANDA.

PAG 161. *post verſ.* 15. *ſic adde*. Ejus codicis deſcriptionem, qualis mihi modo ab erudito viro, qui eum nuper contrectavit, tradita fuit, hanc habeto. Liber is, cui imaginem B. Jacobi aureola inſigniti praefixam dixi, principio caret: niſi quod recentiore manu hic verſus praeſcriptus viſitur:

Jacobus Viterbienſis. 400. *ann.*

Qua inſcriptione [diu certe poſtea adjecta] duo ſignificantur, tum id opus noſtri Viterbienſis eſſe, tum etiam ejuſdem ſcripturam praeſeferre annorum quadringentorum ſenium. Cumq. id judicium a Mabillonio [qui circa ann. 1700. hanc bibliothecam inviſit] ſeſe extudiſſe Auguſtiniani praedicent, & ex ejus ſententia ei libro illud (400. *ann.*) tunc praenotatum fuiſſe; ex eo ſuadetur, eum librum paullo ante annum 1300. ipſius facile Jacobi manu, dum Neapoli doceret, fuiſſe perſcriptum.

Porro in fine libri h. e. fol. 161. ſic legitur: *Expliciunt quaeſtiones Fris Jacobi de Viterbio ſuper praedicamenta*. Ex quibus omnibus quiſque per ſe videt, ei libro [quem facile ſua manu Jacobus conſcripſiſſet] non niſi poſt aliquod intervallum ejus effigiem, aureola decorati, praefixam fuiſſe.

PAG. 362. Adn. 5. dictum fuit ALMI cognomentum Ludovico Auguſto non ante finem XI. ſaeculi tributum reperiri; quod ipſum & antea in Differt. de Cathedr. Neap. ſemper unica, conjeceram pag. 37. At nunc victus auctoritate Erchemperti, qui Ludovico aequalis fuit, id revoco. Is in ſua hiſtoria (quam edidit Cam. Peregrinius in Hiſt. Princ. Langob.) cap. X. ſic ſcriptum reliquit: *His deniq. diebus praeerat iis* (Francis) *Caeſar Lodoguicus cognomento ALMUS filius Caroli ſuperioris Auguſti*. Cetera tamen argumenta plurima, quibus vita Athanaſii ad finem XI. ſaeculi aut ſequentis initium ibid. & alibi a me confertur, inconcuſſa manent, ſtabuntq. ſemper.

PAG. 379. mediâ adnotavi, verba illa vitae Athanaſ. ubi Athanaſius monaſterium inſtituiſſe dicitur *ſub Abbatis DVMTAXAT tuitione*, videri ardua. Verum jam tum ab anno 751. Zacharias PP. Fuldenſe monaſterium epiſcopali juriſdictioni ſubtraxerat. Exſtat & Benedicti PP. III. diploma monaſterio Corbejenſi datum apud Dacherium to. III. Spicil. p. 343. quo praeter cetera Abbatem Corbejenſem *ab omni epiſcopali liberum dominatione* facit, ita ut habeat *Chriſtum TANTVMMODO JVDICEM, cui redditurus eſt de creditis ovibus rationem*: quod etſi ob haec ipſa verba & alias difficultates ſuſpectum Muratorio fuit (in Antiq. aevi med. differt. 34.) tamen defenditur auctoritate exemplaris vetuſtiſſimi, quod Mabillon. in charta Aegyptia perſcriptum invenit. Ac nemo ignorat, ubi primum

mum ab usque Gregorii M. temporib. concedi monachis quaedam exemptiones coeperunt, has alias aliis monasteriis prolixiores fuisse a Rom. Pontificib. aut ab locorum Episcopis impertitas. Ceterum non omnib. monasteriis exemptiones obtigisse, ex his ipsis Athanasianae vitae verbis constat. Nam si peraeque omnibus datae essent; frustra id, quod hic legitur, de monasterio S. Januarii extra moenia notari curae fuisset.

PAG 397. in vita Athanas. initio sect. 25. verba illa codicis Corsin. (*Benebentani . . comprehenderunt Ludoycum Aug. virum pium . . & custodiis manciparunt*) conferas velim cum Joanne diac. in eodem Athanasio, in quo sic legitur: *Hic itaq. eo* (Athanasio) *degente, Beneventani & Salernitani aemulatores tantae bonitatis praedicti Imperatoris, insurrexerunt cum consilio Sergii Ducis* (Neap.) *contra eum. Quo capto unaq. cum conjuge sua recluso, plurimi FRANCIAM, amisso pastore, LVCTIFERO VLVLATV REVERSI SVNT IN REGIONEM SVAM*. Deinde sequitur de Saracenica Salerni obsidione, eademq. statim ab Augusto (quem ea causa Beneventani liberaverant) soluta.

Porro Francorum VLVLATVM, quo Franci in sua revertentes quiritabant, cave metaphoricum interpreteris. Imo θρῆνοι (*threni*) fuere quidam conceptis verbis contexti, quos forsan illo in reditu Franci cum luctu & ululatu decantabant: unde & verbum *Threnare* apud Cangium Paschasius Ratbertus medio IX. saeculo usurpavit. Quocirca nisi mea me conjectura fallit, Rhythmus ille lugubris de Ludovici comprehensione, quem ex archivo Capituli Veronensis edidit Muratorius in Antiq. med. aevi Differt. XL. ille ipse est *ululatus* (ὀλολυγὴ) quo de loquitur Joannes noster chronograghus. Moris eo tempore fuit rhythmos arte & industria compositos decantare ad ciendas, quas e re putarent, animi motiones. Idem Murator. ibid. rhythmum ineunte, uti putat, X. saeculo factum &, ut iis temporibus, elegantissimum edidit, quem urbis vigiliae in rebus dubiis, dum noctu muros circumirent, canebant: qui sic incipit:

O tu, qui servas armis ista moenia,
Noli dormire, moneo, sed vigila.
Dum Hector vigil exstitit in Troia [*],
Non eam coepit fraudulenta Graecia.

Quae porro sequuntur exempla de perfido Sinone, deq. anseribus Capitolinis, sunt longe pulchriora. In fine sese invicem adhortantur, ut per ejus carminis [1] cantum in vigilando persistant, ac fortiter agant.

 Ergo

(*) Efferendum est trib. syllabis.

(1) Et haec quidem aut his similia per muros fuisse decantata, tum ne custodes somno succumberent, tum uti fidem suae vigilantiae facerent, ostendit illud ante me-

Ergo moris erat aevo medio carmina rhythmica varii generi scribi & decantari: id vero non tantum antequam pugnae committerentur (de quo ritu rogo ut Cangii Glossarium in *Cantilena Rollandi* legas: quo lecto, certum tibi de more canendi rhythmos fore sat scio) non, inquam, ante praelia solum, verum & ad occasiones alias. Hujusmodi ergo forsan & ille Rhythmus lugubris exstitit, ex tabulario Capituli Veronensis erutus, de quo supra verba facere inceperam. Hic quia a Francis, uti reor, cum *ululatu* & quiritatione, dum viam carperent, concinebatur, idcirco Joanni diac. VLVLATVS LVCTIFER appellatur. Hujus porro carminis partem aliquam hic legi non displicebit. Quod quamvis metro careat, trochaici tamen carminis effigiem imitatur: nam rhythmus istius aevi nullus est, quod non genus metri aliquod (2) mentiatur, in morem versuum politicorum. Sic vero incipit apud V. Cl. Differt. XL. med. aevi.

Audite omnes fines terrae errore (3) cum tristitia,
Quale scelus fuid factum Benevento civitas.
Ludhuicum comprehenderunt sancto, pio, (4) Augusto

Bene-

medium: *Haec vigilantes jubilemus* [*Jubilare* est ἀλαλάζειν, deq. ululatu militari capitur: in Glossis ver. ἀλαλαγμὸς est *Jubilacio*] *carmina*. Ac multo plus illa in fine demonstrant:

Fortis juventus, virtus audax, bellica,
Vestra per muros audiantur carmina:
Resultet echo comes: Eja vigila:
Per muros, Eja, dicat echo, vigila.

(2) Dixi rhythmos aevi medii mentiri metrum, cum tamen eo vacent. At quae mens Auctori eruditiss. Atqui tatum medii aevi fuit: qui dum rhythmos istos aevi sequioris ab altioribus initiis repetere gestit, etiam Hadriani Caes. versiculos (*Ego nolo Florus esse* &c. sicuti & qui in fine vitae proferuntur) inter rhythmicos metro vacuos in *Differt. XL. med. aevi* refert? Quid quod ibidem ne in illis quidem (*Gallias Caesar subegit* &c.) & similibus, ulla prorsus viro erudito lex metri suboluit? Itaq. si Virum Cl. audimus, haec omnia ad rhythmicorum aevi medii versuum rudimenta pertinebunt. Quae illi excidisse nollem. Luculentiora tamen sunt tanti hujus hominis in litteras merita, quam ut naevis quibuscumq. nos offendi sinamus.

(3) Pro *Errore* Muratorius mavult *Horrore*. Non male. At videndum tamen, an non *Error* genus carminis rhythmici istorum temporum fuerit; sicuti & Hebraeorum antiquis *Higgajon* (quod itidem *Errorem* significat) carminis genus fuit. Ita vero dicebantur ea carmina sive quod erratica essent, sive potius quod agente furore poetico sic vates incitarentur, tanquam incerti quo tenderent. Atq. huc illud facit, quod in Isidori Glossis *Error* exponitur *Vaticinatio*: quae prophetis aeque ac poetis oestro percitis (qui Graecis persaepe vocantur προφῆται) est commune vocabulum; sicuti & utrisq. mentis evagatio in commune tribuitur.

Beneventani se adunarunt ad unum consilium.
Adelferio loquebatur, & dicebant Principi:
,Si nos eum dimittemus, certe nos peribimus.
,Celus (5) magnum praeparavit in istam provinciam:
,Regnum nostrum nobis tollit, nos habet pro nihilum:
,Plures mala nobis fecit: rectum est ut moriad.
,Deposuerunt sancto pio de suo palatio.
Adelferio (6) illum ducebat usque ad praetorium.
Ille vero gaude visum, tamquam ad martirium.
Exierunt Sado [7] & Saducto inoviabat [8] imperio.
Et ipse sancte pius incipiebat dicere:
,Tamquam ad latronem venistis cum gladiis & fustibus.
,Fuit jam namque tempus, vos allevavi in omnibus:
,Modo vos surrexistis adversus me consilium.
,Nescio per quid causam vultis me occidere.

Mitto cetera, quae apud Muratorium Diss. 40. legi possunt, tanto sinceriora, quod incondita barbarie scatent.

PAG. 406. Adnot. 77. col. 2. ex Vbaldi loco collato cum Joanne diac. ostenditur, praetorium Ducum Neap. aedi cathedrali adhaesisse, aut e regione portae Episcopatus stetisse: utrique vero aedificio aream ingentem praetentam patuisse; quae κατ' ἐξοχὴν PLATEA vocabatur: ex horum tandem aedificiorum adhaesione & continentia fuisse factum, ut ea omnia (nim. Cathedralis cum adhaerentibus oratoriis, cumq. atrio, & episcopali hospitio; nec non Praetorium, & his omnibus objacens *Platea*) *Episcopii* nomen vulgo sortirentur.

Id

(4) Istud *Augusto* pronuntiandum est correpta penultima pro more versuum novae Graeciae politicorum: in quibus haud raro syllabae positione, diphthongo, aut vocali longa affectae, tamquam breves exaudiuntur; aut contra breves pro longis incedunt. Ceteroqui scimus, hodieq. Germanos (unde domo Franci exstiterunt) pleraq. polysyllaba, quae a nobis producuntur, corripere. Ut minime mirandum sit, si in *Augusto* acuerint anrepenultimam Franci, quorum hic *Vlulatus* fuit.

(5) Pro *Scelus* posuit *Celus* licentia poetica; quia rhythmus alphabeticus est, cujus tertius quiq. versus litteras alphabeti sequitur.

(6) Videtur Adelgisi Beneventi Principis is minister fuisse, de quo etiam versu quinto. In istius aevi scriptis rectus casus passim in O definit: quod & in Italicam linguam transfusum fuit.

(7) *Sado* (aliter *Saugdan*, *Sadoan* &c.) princeps Saracenus fuit, eo tempore in custodia tentus: quem tamen in consilium audacis incepti adhibuisse videtur Adelgisus. At *Saductorum* crebra est in Erchemperto & aliis monumentis mentio. Magnates Beneventanos fuisse putem.

(8) *Imperio* (i. e. Imperatori, dum detruderetur) *Sado & Saducto* obviam invere: quibuscum ille expostulat: *Tamquam ad latronem* &c.

Id vero etiam in aliis civitatibus obtinuisse, ex Chronici Estensis loco ostenditur, to. XV. Script. rer. Ital. Muratorii ad annum 1295. [sive potius 1294.] ubi sic scribitur: *Azzo Marchio Estensis, Ferrariae, Mutinae &c. Dominus, factus fuit Miles per Dom. Girardum de Camino, qui tunc Dominus erat civitatis Trivixii, super PLATEA COMMUNIS Ferrariae ANTE PORTAM EPISCOPATUS* &c. Eaque tunc erat, opinor, usitata publicorum talium aedificiorum dispositio in plerisq. civitatibus.

PAG. 417. *col.* 1. *vers.* 18. *post* adscribendum *sic adde*. Verum liber, quem dixi, *de regimine principum*, nec Aquinati, nec Viterbiensi, sed re vera Aegidio Romano esse adjudicandum nuper comperi, postquam in Biblioth. coenobii Neap. S. Joannis ad Carbonariam codicem esse cognovi, cui sic praescribitur: *Incipit liber de regimine Regis & Principum. Editus a Fr. Egidio de Rom. Ord. Fr. Eremitarum S. Aug.* Item in fine notatur: *Explicit liber de regimine principum editus a Fr. Egidio Rom. Ord.* Ac sane hoc opus Venetiis postea typis expressum fuit anno 1498.

Ceterum ab hoc Aegidii *de Regimine Principum* opere diversum est illud alterum [quod supra p. 417. v. 2. inter fetus vere Jacobeos recensui] quod praenotatur: *De regimine Christiano*. Idq. inter MSs. laudati coenobii S Jo. ad Carbonariam asservatur, hoc praefixo indice: *Incipit opusculum de regimine Christiano, continens tractatus duos Revdi Pris Fratris Jacobi Viterbiensis Ordinis Eremit. S. Aug.*

Postremo quod (pag. 417. v. ult.) in Tertii vita [quam de B. Jacobo conscripsit] intelleximus epitomen Aegidii in I. Sentent. a nostro Viterbiensi concinnatam fuisse; sciendum est, id quoq. opus in laudata Neapolitana S. Joan. ad Carbonariam bibliotheca manu exaratum exstare. Ei codici superne in extrema ora sic adnotatur: *Conventus Trinitatis Viterbiensis*, unde scil. Neapolim traductus fuit. Deinde subjicitur hic titulus: *Abbreviatio D. Egidii per R. P. M. Jacobum Viterb. Archiep. Neapolitanum: omnium scientiarum gloria illustrissimum. Egidii voluminum compendium adducit: multa sed addit ubique, ut fere Jacobi potius quam Egidii dici possit*. In calce vero sic scriptum est: *Iste libellus abbreviationis D. Egidii super I. sententiarum per Dn. Jacobum de Viterbio est Ordinis Fratrum Eremitarum S. Aug.. M. Andreas de Alex. scripsit*. Illud *de Alex.* cave accipias pro familiae *De Alexandro* cognomine: quod ab Augustinianis numquam olim adscribebatur. Nec dubito quin *De Alexandria* (illa quae in Subalpinis est) sit legendum.

INDICES

INDICES

Jam in operis vestibulo Indices duos (Chronologicum unum , alterum Capitum & sectionum) praemiseram : bic subjicio duos alios , unum Rerum & verborum , alterum Scriptorum qui notantur aut illustrantur. In his τὸ p. paginam , *τὸ n.* notam , *τὸ Ib.* Ibidem *valet*.

INDEX I. RERVM ET VERBORVM.

Joan-

S. Mar-

Remu-

INDEX II.

Scriptorum qui illustrantur aut emaculantur.

AVCTARIVM

De S. HADRIANO Nesidani monasterii Abbate.

IN hoc, quod pro virili absolvimus, commentarium haud aliis Caelicolis, praeterquam sanctis Neapolitanae sedis Episcopis, aditum patere instituti operis ratio coegit: id quod religione tanta observatum a me fuit, ut ne libellum quidem S. Agnelli Abbatis sanationum (quem adhuc ineditum complures a me efflagitabant, quemq. adeo superius promiseram) inter Monumenta comparere siverim, sed in aliud tempus locumq. distulerim, ut pag. 423. monui. Tamen cum hoc ipso tempore absoluta jam editione, de ignoto quodam nostris hominibus S. Hadriano monasterii Nisidani Abbate notitia a me fero admodum ex Bedae & aliorum lectione collecta fuisset; nolui hujus sancti Abbatis res gestas diutius Neapolitanis obscuras esse. Accessit, quod ex hoc Auctario affulgebit lux ingens tum Vi-

tae

tae Athanasianae loco, quem pag. 378. illustrabam, tum etiam Diatribae *de Insula Salvatoris*, (quam Dissertationi de Cathedrali Neap. subjeci) quae *insula Salvatoris* non alia quam Nesis fuit, cujus monasterio hic Hadrianus praefuit.

SECTIO I.

De vetusto Monasterio insulae Nesidos, cui vergente VII. saeculo Abbas Hadrianus praeerat. De eodem Bedae narrationes adscribuntur.

MOnasterium vetustissimum in insula Neside (vulgo nunc *Nisida*) olim stetisse, ejusq. a Beda mentionem fuisse factam, jam olim adnotaveram Parte II. ejus Diatribae, quam *de Insula Salvatoris & castro Lucullano* scriptam Dissertationi *de Cathedrali Neap. semper unica* anno superiore subjeci. Sed enim dolebam, in illa tunc festinatione Bedae locum reperire non licuisse, nec ejus verba describere. Nunc quia commodum in eum locum incidi, religio fuit non eum hic adscribere.

Beda igitur lib. IV. Eccles. Hist. cap. 1. sic incipit. „ Apostolicus Papa habito de his consilio, quaesivit sedulus, quem „ ecclesiis Anglorum Archiepiscopum (1) mitteret. Erat autem „ in monasterio Niridano (2) quod est non longe a Neapoli „ Campaniae Abbas Hadrianus, vir natione Afer, sacris litteris „ diligenter imbutus, monasterialibus simul & Ecclesiasticis di- „ sciplinis institutus, Graecae pariter & Latinae linguae peritissimus.

(1) *Archiepiscopum* ead. notione vocat, qua alii *Primatem* dixerunt.

(2) Pro *Niridano* (quo nomine nullus prope Neapolim locus nec olim fuit, neq. nunc notus est) una tantum mutata litterula, reponendum esse *Nisidano*, nemini dubium esse potest. Quaeret aliquis, cur ex primitivo *Nesis* non potius Beda *ἐθνικὸν* (*gentile*) nomen *Nesidensis* secundum analogiam deflexerit, quam ut τὸ *Nisidanus* seu *Nesidanus*, quasi a recto *Nisida* aut *Nesida*, derivarit. At nemo ignorat, aevo posteriore hujuscemodi ex Graeco nomina ex disyllabis declinationis tertiae evasisse trisyllaba primae. Itaque pro *Apsis* usurpabatur *Apsida*; pro *Lampas*, *Lampada*; sicuti & *Cratera* pro *Crater*, & sexcenta in eumdem modum. Ac sane sicuti Bedae tempore *Nisida* casu recto efferebatur, sic nihilo minus hodie *Nisida* dicitur. A recto autem *Nisida* fit possessivum *Nisidanus*. Ceterum cur in prima syllaba I potius quam E usurparint, ea est causa quod jamdiu vocalis *Eta* ad sonum τοῦ I propius accedebat.

Hoc porro est illud *Monasterium insulae Salvatoris* (nam *Insula Salvatoris* haud prorsus alia, quam Nesis, vulgo *Nisida*, erat, uti ostendi in Diatriba *De Inf. Salvatoris*, quam Dissertationi de Cathedrali Neap. subjeci) cujus monachos S. Athanasius Episc. Neap. post medium IX. saeculi seorsum per insulam dispersos ac segreges nactus, congregavit, iisq. Abbatem praeposuit. Vide sup. pag. 378.

, mus. Hunc ad se accitum Papa jussit, episcopatu accepto in , Britanniam venire. Qui indignum se tanto gradu respondens, ostendere posse se dixit alium, cujus magis ad suscipiendum episcopatum & eruditio conveniret & aetas. Cumq. , monachum quemdam de vicino [3] virginum monasterio nomine Andream Pontifici offerret; hic ab omnibus, qui eum , novere, dignus episcopatu judicatus est. Verum pondus corporeae infirmitatis, ne Episcopus fieri posset, obstitit. Et , rursus Hadrianus ad suscipiendum episcopatum actus est. Qui , petiit inducias, si forte alium, qui Episcopus ordinaretur, ex , tempore posset invenire. Erat ipso tempore Romae monachus , Hadriano notus, nomine Theodorus, natus ex Tarso Ciliciae, vir & saeculari & divina litteratura Graece & Latine instructus . . . Hunc offerens Hadrianus Pontifici, ut Episcopus , ordinaretur obtinuit, his tamen conditionibus interpositis, ut , ipse perduceret in Britanniam, eo quod jam bis partes Galliarum diversis ex causis adiisset; & ob id majorem hujus itineris peragendi notitiam haberet, sufficiensq. esset in possessione [4] hominum propriorum; & ut ei doctrinae cooperator , exsistens, diligenter attenderet, nequid ille contrarium veritati , fidei, Graecorum more, in Ecclesiam cui praeesset, introduceret ,,. Mox narratur Theodori ordinatio, amborum per Gallias

(3) Vnde hic Andreas fuerit, obscurum est. Nam cum *De vicino Virginum monasterio* dicitur, si vicinia ad Hadrianum refertur, debuit id coenobium sive in ipsa insula *Nisida*, sive in objecta continente, ac forsitan intra ambitum Castri Lucullani (quod tunc stabat) fuisse. Quod si vicinia ad Papam spectat; tum parthenona, qui ab Andrea regebatur, in vicino Romae exstitisse dicemus. Ceterum Neapoli potius Andream habitasse, innuit diversa loquendi ratio, quae de ipso usurpatur: quae satis ab ea discrepat, quae mox de Theodoro adhibetur: *Erat*, inquit, *Romae* &c.

(4) Sic omnes Bedae editiones habent, ac sane rectissime. Fuit quoddam servorum sive clientium genus, qui *Proprii*, aut *Homines proprii* dicebantur: quorum mentio est apud Gregorium M. IX. ep. 38. *Cujus ante susceptum episcopatum proprius fui*. Apud Eginhardum Rex Adelfonsus cum ad Carolum M. *litteras vel legatos mitteret, non aliter se apud illum, quam proprium suum appellari* jubebat. Vide sup pag. 409. Adn. 80. ubi Athanasius Neap. Ep. se jubet *Commendatum* (quod est ejusdem plane potestaris vocabulum) Abbatis Casinensis vocari. *Homines proprii* hodie dum in Germania perseverant: de quibus Viglius ad Tit. de test. ordin. *Proprii homines, quos Germania nostra habet, eod. jure adhuc vivunt, quo olim: libertis magis similes, quam mancipiis*. Istorum igitur *hominum propriorum possessione* Theodorus carebat, Hadriano contra hujusmodi *propriorum* ad iter necessarior. *abunde erat*; id enim *Sufficiens* [ex Graeco ἱκανὸς] valet.

lias iter (quod in ann. 668. VI. Kal. Jun. a Beda ibid. confertur) & quemadmodum Ebroinus Magister Palatii, detento Hadriano, quem falso suspectum arcanorum mandatorum haberet, Theodorum in Britanniam dimiserit. Biennium vero totum Hadrianus ab Ebroino retentus, tandem missionem ac veniam in Britanniam transfretandi impetrat. De quo Beda subdit. „ Qui (Hadrianus) statim ut ad illum (Theodorum) pervenit, dedit ei (Theodorus) monasterium [*] B. Petri Apostoli, ubi Archiepiscopi Cantiae sepeliri solent. Praeceperat „ enim Theodoro abeunti Dom. Papa Apostolicus, ut in dioecesi „ sua provideret & daret ei locum, in quo cum (5) suis apte „ degere potuisset.

Mox cap. 2. Theodori progressus in Divini verbi disseminatione referens, ait hoc eum fecisse *per omnia comitante & cooperante Hadriano*. Adhaec de Theodoro & Hadriano haec quoque narrat: „ Et quia litteris sacris simul & saecularibus abundanter ambo erant instructi; congregata DISCIPVLORVM CATERVA, scientiae salutaris quotidie flumina in „ rigandis eorum cordibus emanabant; ita ut etiam metricae „ artis, astronomicae, & Arithmeticae Ecclesiasticae [i. e. computi eccles.] disciplinam inter Sacrorum Apicum volumina „ suis auditoribus contraderent „. Hoc idem affirmat Turgotus Prior Dunesmensis in vita Bedae cap. 1. Mitto quae in vita S. Theodori Cantuar. (apud Surium ad 19. Sept.) & in vita S. Benedicti Biscopii de eod. Hadriano illinuntur.

SECTIO II.

De Hadriani obitu, deque ejus discipulis ac miraculis.

IDem Beda lib. V. cap. 21. de Hadriani fine haec habet. „ Anno post obitum praefati patris (6) proximo, id est quinto „ Osredi regis, Hadrianus Abbas cooperator in verbo Dei Theo„ dori beatae memoriae Episcopi, defunctus est, & in monasterio „ suo in Ecclesia B. Dei Genitricis sepultus: qui est annus qua„ dragesimus primus, ex quo a Vitaliano Papa directus est cum „ Theodoro: ex quo autem in Britanniam venit, trigesimus no„ nus. Cujus doctrinae, simul & Theodori, inter alia testimo„ nium perhibet, quod Albinus discipulus ejus (qui monasterio „ ipsius

[*] Vocatur etiam *B. Augustini monasterium*, illius scil. qui a Magno Gregorio Anglorum Apostolus missus fuit.

[5] Cum iis scil. monachis, quos e monasterio Nisidano sibi comites Hadrianus adjunxerat: quorum nomina Deus scit.

[6] Idest Wilfridi, de quo superius narraverat. Vide Pagium ad ann. 710 num. IX. ubi ex anno Osredi Regis quinto, & ex Wilfridi morte narrata colligit Hadrianum anno 710. obiisse; etsi annus (qui sequitur) missionis, nec non annus trajectus in insulam ad Christi annum potius 709. manu ducerent.

, ipsius in regimine successit) in tantum studiis Scripturarum in-
, stitutus est (7) ut Graecam quidem linguam non parva ex par-
, te, Latinam vero non minus quam Anglorum, quae sibi natu-
, ralis (8) est, noverit.

Quandoquidem autem Beda ex Albini eruditione, qui discipulus Hadriani fuit, magistri eximiam doctrinam cognosci jubet; proderit alterum Hadriani discipulum, longe omnium Britannorum eruditissimum in scaenam producere. Is fuit S. Adhelmus Schireburgensis Episcopus: in cujus vita (quam Wilelmus Malmesburiensis contexuit) ita scribitur: „ Beatus Aldhelmus
, Saxonica prosapia oriundus, primis imbuendus elementis Ha-
, driano Abbati S. Augustini traditur: quem in ARCE SCIEN-
, TIAE stetisse, qui Anglorum gesta perlegit, intelligit. Ibi
, pusio Graecis & Latinis litteris brevi mirandus ipsis enituit
, magistris. „ Ac rursus de eodem jam natu grandiore: „ Horum
(de quibus narraverat) „ exemplo & consortio Aldhelmus in-
, formatus ad studium, liberales artes plenitudini scientiae ad-
, jecit: quas ut medullitus combiberet, iterum (9) studuit
, Cantiae ad pedes Hadriani, qui erat FONS LITTERARUM,
, RIVUS ARTIUM; donec valetudine cogente repedaret
, domum. „ His adde Adulfum Episcopum Rochestriensem, ut in Actis Benedictinis legitur. Fuisse & alios plurimos claros Hadriani discipulos, ex supra recitatis Bedae verbis colligitur.

Jam ad miracula post Hadriani mortem ejus intercessione patrata quod attinet, legi de his potest libellus integer Joannis

LII Cap-

(7) Huc referri potest quod in vita S. Gregorii Ultrajectini (to. 3. Sanctor. Bened.) legitur, quod adhuc juvenis Scripturas audiente S. Bonifacio legens, nihil intelligebat, utpote Latine ignarus. In Anglia tunc temporis non tantum laici sed & pleraq. Cleri pars parum Latine sciebat, ita ut Scripturas non sine interprete intelligere possent. At Albinus utpote Graece & Latine doctissimus, idoneus erat, qui non tantum Latinam S. Hieronymi translationem, sed & Graecam τῶν LXX. perfecte intelligeret.

(8) *Naturalis* Albino erat, ut qui natu Anglus fuit, ac primus suae nationis Abbas in eo monasterio; quia superiores exteri fuerant.

Ab hoc Albino se Beda ad scribendum Ecclesiasticam Anglorum historiam non modo excitatum, sed & mirifice adjutum fatetur; ut qui pleraque ad Cantiae regnum pertinentia monumenta Bedae submiserit.

(9) Haec Adhelmi ad pedes Hadriani disciplina recte altera ab illa priore elementari statuitur a Malmesburiensi. Nec verba chartae Leutheriae (quae Bollandistae afferunt in Adhelmo ad 25. Maii) quo minus duplex itio fuerit, impediunt. *Hinc fugiens*, inquit, *ad pedes Hadriani philosophi, Abbatis S. Augustini Cantuariensis, per aliquod tempus studuit, & sufficienter edoctus, Meldunum repetit.*

Capgravii a Bollando ad IX. Januarii adscriptus. Inter ea miracula etiam mortuus ad vitam resuscitatus refertur. Et Capgravius quidem circiter annum 1450. floruisse dicitur. Sed tamen ejus *Legenda* [10] *Sanctorum Angliae* non minimae auctoritatis esse debet, quippe quam, si Guil. Caveo credimus, *expilasse dicitur ex ingenti ac pulchro admodum volumine ejusdem argumenti, quod in Biblioth. Cottoniana Ms. asservatur.*

SECTIO III.

De cultu & translatione S. Hadriani Abb.

JAm olim Ferrarius diei IX. Januarii S. Hadrianum Abbatem inscripserat: cujus cultum in adnotatis ex Martyrologio Anglicano, & ex Galesinio repetit. Praeterea in margine Historiae Eccles. Bedae (lib. 4. cap. 1. ubi de hoc Hadriano agitur) adnotatur, hunc in Mrologio Bedae signatum reperiri. Verum hoc non de sincero Bedae Mrologio est capiendum, verum de eo quod Flori, & alior. subinde curis cumulatius evasit. Praeterea Bollandus de Hadriano ad IX. Januar. sic incipit: *Hadrianum . . . venerantur ecclesiae Anglicanae: de quo (praeter Mrologium Anglicanum) Galesinius, Molanus, & Carthusiani Colonienses in Addition. ad Usuardum sic habent:* In Cantia Adriani Abbatis & Confessoris. *Ejusd. meminit Ferrarius in gener. catal. Sanctor. & Mrologium Germanicum, Ghinius, Wion, Menardus, Tritemius lib. III. cap. 115. Fusius Harpsfeldius saec. VII. cap. IX.*

Venio jam ad Hadriani translationem: de qua agit Gotselinus (11) ex monacho Ramesejensi, ejusd. monasterii S. Augustini monachus, qui exeunte XI. saeculo duplex opusculum edidit. Unum Vitam S. Augustini complectitur (quod exstat to. 1. Act. Bened.) in quo cap. 5. ubi sex decessorum S. Theodori (nim. Augustini, Laurentii, Melliti, Justi, Honorii, Deusdedit) sepulturam descripsisset; de Theodoro sic pergit. *Septimus quoq. Theodorus, Romanae praecellentiae subsecutor egregius, almo Augustino a dextro consepultus est latere, una tantum monasterialis alvi maceria interstite, quia nondum amplificata porticus omnes nequierat suscipere: qua postea dilatata, his sanctis consortibus adjungitur omnibus amandus saeculis Hadrianus, ejusdem monasterii Abbas clementissimus, qui ab Apostolico Romae electissimus in Archipraesulem Doroberniae, ipsum B. Theodorum adduxit pro se, cum quo Anglos fecit docibiles Dei tam Graeca quam Latina eruditione.*

Mox pluribus interjectis, adscribuntur sex priorum Episcoporum epitaphia epigrammata; ac demum de SS. Theodoro & Ha-

(10) Legenda a Capgravio Ord. Augustiniani scripta, edita Londini dicitur anno 1516.

[11] Sive *Gotzelinus*, *Goscelinus*, *Gocelinus*; tot enim modis scribitur hujus nomen.

Hadriano sua subjicitur epigraphe hujusmodi.

Theodorus juxta fert sabbata septimus alma.
His septem Ducibus viget Anglia totq. diebus.
Additur octavus Monachorum dux Adrianus.

Jam vero alterum Gotselini opusculum, quod *De translatione S. Augustini & sociorum* inscribitur, anno 1097. scriptum fuit: quod opus doleo mutilum prodiisse. Is quidem commentarius apud Bollandistas ad XXVI. Maii exstat in duos libellos tributus: quorum priore de S. Augustini dumtaxat translatione agitur, altero de sociis i. e. Episcopis, Regibus, Abbatibus in eadem Ecclesia tumulatis. Post prologum 1. libri quo alloquitur Anselmum Archiep. Cantuar. subnectuntur capitulorum libri 1. argumenta. Inter quae capitis 2. argumentum tale est. Cap. 2. *Veterana Ecclesia destructa & Sanctorum porticus super ipsos Sanctos ad gloriam patientiae ipsorum est subversa, solis prius eductis Sanctis* (12) *Hadriano & Mildretha. Obrutus juvenis sarcophago cum corpore B. Hadriani, magno miraculo illaesus exsiliit. Capitulantur & alia numerosa ipsius S. Hadriani miracula.* At vero in ipso cap. 2. de juvenis illaesi miraculo aliisq. signis tacetur.

(12) Vides hic Hadrianum inter Sanctos jam inde ab XI. saeculo fuisse relatum. Idem versu seq. *B. Hadrianus*, ac mox *S. Hadrianus* vocatur. Sed diu antea in Bedae Mrologio, per alios aucto, inscriptus fuerat, ut initio monui.

ADPROBATIONES VTRIVSQ. CENSORIS.

Dominus Jacobus Canonicus Fontana, Rector Semin. Neap. S.Th.Magister &c.revideat & referat. Dat. Neap. die 8. *Martii* 1752.
Julius Nic. Episc. Arcadiopol. Can. Deputatus.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. DOMINE.

In Alexii Symm. Mazochii Dissertatione *De Sanctor. Eccles. Neap. Episcopor. cultu* tantum abest, ut locus censurae sit, ut eam vix quisquam pari encomio prosequatur: adeo rerum reconditarum copiosa & elegantissima tractatione sese lectori commendat. Debemus hoc Eminentiae Tuae, quae operi praelusit, idq. hortando atq. urgendo ab affectae aetatis & valetudinis Auctore exsculpsit. Nimirum pro ea voluntate gratiq. animi sensu, quo sanctissimos decessores tuos, quorum exemplis inniteris, semper es prosecutus, voluisti exstare in Ecclesia Neap. de iis aliquod commentarium, quod tum jussu tuo, tum argumento ipso & erudita argumenti tractatione tam Neapolitanis quam exteris se probaret. Interim Sacram Purpuram Tuam, qua par est

reve-

reverentia exosculor. Kal. Mart. anni 1753.
E. T.

Humillimus obsequentissimus & addictissimus
Canonicus Jacobus Fontana.
Attenta relatione Domini Canon. Revisoris imprimatur.
C. EPISC. CAJAC. VIC. GEN.
JULIUS NICOL. EPISC. ARCAD. CAN. DEP.



Rev. D. Ignatius della Calce in hac Regia Studiorum Universitate Professor interinus in Cathedra Linguae Hebraicae revideat & in scriptis referat. Neap. die 11. mensis Martii 1752.
C. Galianus Archiep. Thessal. Capellan. Major.

ILLUSTRISS. ET REVERENDISS. DOMINE.

In *Dissertatione de Sanctae Neap. Ecclesiae Episcoporum cultu publico vindicato* nihil plane occurrit, quod Regiis juribus adversetur: imo vero est, de quo hujus Regiae urbis cives atque adeo Regni totius populi sibi summopere gratulentur, auctorique eruditissimo gratias ingentes agant: ejus enim opera, cultu Sanctorum Ecclesiae Neap. Episcoporum, qui sacrae antiquitatis ignoratione pene obsoleverat, revocato, praesentiore Patronorum propemodum novorum praesidio in posterum fovebuntur: ex quo quidem tranquillitas eis conciliabitur, Regiae vero celsitudini multo firmius fulcimentum accedet. Quapropter e re maxime fore duco, si quamprimum publica luce donetur. Ita censeo. Neap. Kal. Martiis. 1752.

Addictissimus atque obsequentissimus
Ignatius Calcius.

Die 26. Aprilis 1752. Neapoli.

Viso Rescripto suae Regalis Majestatis interposito sub die 24. currentis mensis & anni relatione facta per Reverendum D. Ignatium della Calce, de Commissione Reverendi Regii Cappellani Majoris ordine praefatae Regalis Majestatis,

Regalis Camera Sanctae Clarae providet decernit, atque mandat quod imprimatur cum inserta forma praesentis supplicis libelli, ac approbationis dicti Reverendi Revisoris, & in publicatione servetur Regia Pragmatica hoc suum.

CASTAGNOLA, ANDREASSI, GAETA
Illustris Marchio Danza Praef. S. R. C.
tempore subscriptionis impeditus.
Illustris Marchio Fraggianni non interfuit.
Athanasius

Reg. f. 46.
Carulli.



ad pag. 161







